cap. 9. lectionē pauli: cū ista legim⁹: nisi q credim⁹ cū ita vixisse: vidēdū tñ sic esse dei ministris nō de aliqb⁹ auditum credim⁹: sed intus apud nos: aut poti⁹ supra in ipsa veritate ɔspicim⁹: illū g̃ quē sic vixisse credim⁹: ex hoc q videm⁹ diligim⁹: ⁊ nisi hāc formā quā semp stabilē atqꝫ icōmutabilē cernim⁹ pcipue diligerem⁹: nō ideo diligere mus eū: qa ei⁹ vitā cū i carne viueret huic forme coapta tam ⁊ cōgruentē fuisse retinemus. Et paulo post dicit: q in deo cōspicimus icōmutabilē formā iustitie: fm quā hoiem viuere opoꝛtere iudicam⁹. Ex hoc pz: q intentio Aug. est: q ipsum deuꝫ in seipso cōspicit g qd est iustitia vel iust⁹ anim⁹: ⁊ q̄ foꝛa iustitie seu regula: fm quā viuē

cap. 20. dum est nouit. ¶ 2ᵒ de libo ar. determiat: q vitates icōmutabiles nūeroꝝ: ⁊ vitates saple q̄ sunt pma pn⁹ practica cognoscunē a nobis in luce mētis ⁊ vitate interioꝛe: q̄ vna ē oib⁹ cōis: hec icōmutabilia vera cernētib⁹. vñ ibidē ɔcludit: quapp nullo mō negaueris eē icōmutabileꝫ veritatē: hec oia q̄ icōmutabilr vera sūt: ɔtinētē: quā nō possis dicē tuā vl meā: vl cuiuscꝫ hoīs: sꝫ oib⁹ icōmutabi

cap. 21. lia vera cernētib⁹: tanq̄ miris modis secretū ⁊ publicuꝫ lumē: psto eē ac se pbere cōiter. Et post sequēti. c. hāc inquit vitatē de qua diu loqmur: ⁊ in q̄ vna tā multa ɔspicimus excellētioꝛē putas eē q̄ mēs nr̄a est: an equalē mē

in alia cap. 22. cap. 23. tibus nr̄is: an ēt inferioꝛē: ⁊ ɔcludit q est excellētioꝛ. Et sequēti cap. d. q in eius luce vita beata cōsistit: ⁊ expsse q est deus: ⁊ vitas illa de qua ipse deus ⁊ veritas ait. Si māseritis in verbo meo vere discipuli mei estis: ⁊ cognoscetis veritatē ⁊ veritas liberabit vos. ¶ Ex quibus pꝫ q intētio Aug. est q pma pn⁹ ⁊ regule eterne: ⁊ alia icōmutabilr vera imediate cognoscunē in ipso deo. Et cum illa pmo sint cognita: sequiē q ipse imediate cognoscaē a nobis: ⁊ nō in aliquo ɔceptu cōplexo: qui per aliquē discursuꝫ ex aliquibus notis pbeē de ente pticulariter: vt supra dicebaē: alias cū ois cert⁹ discursus pcedat ex pncipiis notis pus: ipsa pn⁹ pus nota eēnt q̄ de⁹: ⁊ p ɔñs nō

2ᵐ in ipso: vt ait. ¶ 2ᵒ qa oē qđ cognosciē distincte ⁊ in particulari cognosciē imediate in seipso: sed deus sic cognosciē. igiē. maioꝛ pbaē ex eo: q mediū p quod aliquid cognoscitur ducit in notitiaꝫ cuiuslibet sibi silis ⁊ nō vni⁹ tñ. minoꝛ etiā pꝫ. Nā deū cognoscim⁹ nō solū vt eēntia vl substātia q̄dam: sꝫ vt hec suba. puta pfectissima: vl q̄ est pnᵐ oiuꝫ: qđ sibi soli ɔuenit.

3ᵐ ¶ 3ᵒ act⁹ itellectuales cognoscunē a nob imediate i seipsis. igiē de⁹. añs pꝫ supra.

ɔtitia

ꝯñtia ꝓbaẗ.qa cã tota pp quã illa cognoſcunẗ imediate in ſeipſis eſt:qa ꝑ ſeipſos pñtes ſũt itellectui: ſed cõſtat ꝙ de⁹ nõ minus eſt pñs itellectui ꝛ cuilibet rei.igiẗ ꝛc.

4ᵐ cap.4.

¶ 4° Aug.8° de tri.dans modũ q̃uo deus põt a nobis cognoſci.d.Cũ itaqꝫ audis bonũ h ꝛ bonũ illõ:q̃ põt alias dici etiã non bona.vbi gr̃a.bon⁹ angelus ꝛ bonus hõ ꝛc. ſequiẗ.ſi ğ potueris illis detractis per ſeipſum ꝑſpicere bonũ:ꝑſpexeris deũ:ꝛ ſi amore inheſeris ꝯtinuo btĩficaberis.Cõſtat aũt ꝙ poſſumus itelligere bonuꝫ ſm ſe abſtrahẽdo ab angelo ꝛ hõie ꝛ quolꝫ alio:qd bonũ ꝑticipatione bonũ eſt.Et ꝯſtat ꝙ illi bono poſſum⁹ amore inherere.igiẗ ꝛ in bono poſſibili itelligi a nobis poſſum⁹ beatificari:ſed nõ poſſumus btĩficari niſi in deo imediate:ꝛ nõ in aliquo ꝯceptu eius ſimplici vel cõplexo:igiẗ ipſuꝫ poſſum⁹ imediate itelligere.

Ↄ zᵐ ꝯ.

¶ Cõtra ſcdam ꝯnẽ poſſet argui:vꝫ enĩ ꝙ in ꝯceptu ſimplici ꝓpo de⁹ poſſit cogſci. Nã ꝯceptus boni ſm ſe ſm Aug.vꝫ eẽ ꝯcept⁹ ꝓpri⁹ dei. vñ ait.vbi ſupra.qd plura ꝛ plura bonũ hoc:ꝛ bonũ illõ: tolle hoc ꝛ illud:ꝛ vide ipm bonũ:ſi potes ita deuꝫ videbis:nõ alio bono bonũ:ſed oĩs boni bonũ:qd nõ eſſet verũ niſi cõceptus boni ſm ſe eſſet illius dei ꝓprius:ſed talis cõceptus boni naturalr põt hrĩ:vt docet experientia.

8° d tri. cap.4.

Ad pᵐ Ↄ pᵐ ꝯ.

¶ Rñdeo ad pmũ ꝙ aliqd cognoſci in veritate ſupna: põt itelligi duplr.vno mõ ꝙ cogſcaẗ in ea obiectiue:ſiue vt in obiecto cognito:ſicut res abſens cognoſciẗ in ꝓpria ſpecie.Alio mõ cãlr ſicut color dꝛ videri in lumie:nõ qdeꝫ qa ipm lumẽ videaẗ in eo tãqꝫ i medio cognito cũ color videaẗ in ſeipſo imediate vt ſupra habitũ eſt:ſed qa lumẽ eſt partialis cã viſionis:qua color in ſe videẗ:ꝛ ſic etiam dicim⁹ ꝙ pma pn̄ª ſunt nota in lumie intellꝰ agẽtis:non aũt aliõ eſt lumẽ itellꝰ agẽtis qꝫ ipſemet intellꝰ agens. ꝛ cõſtat ꝙ hoc nõ itelligiẗ recte:ſic ꝙ intellꝰ agẽs cognoſcaẗ ꝛ in eo cognito cogſcanẗ pma pn̄ª:ſꝫ qa noticia pmorũ pn̄ꝶ imediate cauſaẗ ab itellꝰ agẽte ſaltẽ ꝑtialr ꝙ qd ſit intellꝰ agẽs.

cap.17.

¶ Tũc ad ꝓpoᵐ dico ꝙ illa de qbus loqtur Aug.cognoſcunẗ in pma veritate ſcdo mõ.ſ.cãlr qꝛ ab ipſa cauſaẗ illoꝶ notitia:non aũt pᵒ mõ.ſ.obiectiue.ꝛ ꝙ ita itelligat Aug.pꝫ per eũ.z° de libo arb.vbi de hac mã loqẗ vbi ait.Nõ iõ ſequiẗ vt ipſa ſapia non ſit vna cõis oĩbus:qa ea bona que in illa cernũt ꝛ eligunt hoĩes multa ꝛ diuerſa ſũt.Si eni h putas:potes ꝛ de luce ſolis dubitare ꝙ vna ſit:qa multa ꝛ diuerſa ſũt:q̃ in ea cernim⁹. Et poſt ſubdit.ꝙ ſic multa ꝛ diuerſa ſunt q̃ in luce ſolis vident hoĩes:lux tñ ipſa vna eſt:ita lux ſapie in qua ipſa videri pñt:oĩbus ſapiẽtibus eſt vna cõis.vbi pꝫ:ꝙ ſic in luce ſapie ꝛ vitatis q̃ idẽ eſt ſm eundẽ ibidẽ:aliq̃ videri dñr:ſic corpa in luce ſolis.cõſtat aũt vt dictũ eſt:ꝙ in luce ſolis nõ videnẗ corpa niſi cãlr.

cap.15.

¶ Itẽ pꝫ h expreſſius 14° de tri.vbi dcñ ẽ ei⁹ expſſe: vbi nã ſũt regule iſte ſcripte:vbi qd ſit iuſtũ ꝛ iniuſtũ agnoſcit:vbi cernit hñduꝫ eſſe:qd ipſe nõ hꝫ:vbi igiẗ ſcripte ſũt:niſi in liᵒ lucis illius q̃ vitas dꝛ:vñ oĩs lex iuſta deſcendit:ꝛ in cor hoĩs q opaẗ iuſtitiã nõ migrãdo:ſꝫ tãqꝫ iprimẽdo trãſferẗ:ſicut imago ex anulo ꝛ in cerã trãſit ꝛ anulũ nõ relinqt ꝛc.vbi pꝫ:ꝙ ab illa vitate ipimiẗ ale lex iuſta:ꝛ regula iuſtitie: ſic imago ab anulo:ꝛ ſic notitia coꝶ q̃ dñr in illa cogſci.

Ↄ rñſio. pᵐ cap.6. cap.17. zᵐ

¶ Sꝫ ꝯ h diceẗ duplr.Pͥo hãc rñſionẽ nõ eẽ ad itẽtionẽ Aug.q in locis pallegatꝭ pnᶦ itẽdit oñdẽ q̃uo poſſum⁹ cogſcẽ deũ.ſ.8.de tri.ꝛ q̃uo ꝓbari põt deũ eſſe.ſ.in z° de libo ar.h aũt nõ hreẗ ꝑ iſta:ſi ea de qb⁹ loqẗ non cogſcerenẗ in deo obiectiue:aut ſaltẽ notitia ei⁹ eẽt cã notitie illorũ:ita ꝙ de⁹ ipſe ſit cognit⁹.¶ z° qa ſi illa pnᶦ dñr nota in pma vitate ſolũ:qa coꝶ notitia cauſaẗ ab ea:cũ ꝛ noticia ꝯnuꝫ cauſeẗ ab eo.ſ.deo:ita ꝯnes poſſent dici note in pma vitate ſicut pma pnª:qd nõ dꝛ.

Ad pᵐ

¶ Ad pmũ dico:ꝙ ſm rñſionẽ magis habeẗ itẽtio Aug.qd pꝫ in z° de libo arb. volẽs oñdẽ deũ eẽ:icipit a qbuſdã imediate notis:ſicut eſt ꝙ nos ſum⁹ viuim⁹ ꝛ itelligim⁹.vt pꝫ ibidẽ:ꝛ deĩde ꝑ gradus ꝑfectionũ:qa.ſ.viuẽtia pſtãtiora ſũt his q̃ tñ ſunt:ꝛ itelligẽtia his q̃ tñ ſũt ꝛ viuũt:ꝛ tãdẽ ꝙ eſt vitas:q̃ mentib⁹ nr̃is eſt pſtãtior:ꝓcedẽs ꝯcludit finalr deũ eẽ.

cap.4. cap.6.

¶ Ex qb⁹ appet ꝙ notitia dei nõ eſt pᵒr:nec ex illa ꝓcediẗ ad notitiã alioꝶ.Sꝫ ecõtra ex alijs nobis notis ꝓbaẗ eẽ aliquã vitatẽ pmã icõmutabilẽ:ex q̃ cãlr nota ſũt nobis:q̃cũqꝫ icõmutabilr vera ſũt.Et h ꝯfirmat expientia. Naꝫ multi vitates multas cogſcũt q deũ nõ cogſcũt:nec etiaꝫ ſi de⁹ ſic imediate cogſcereẗ:oporteret etiã ex alijs notis nobis ꝓbare deũ eẽ:ſicut opꝫ ꝓbare ꝙ viuimus ꝛ itelligimus.Et ꝑ hoc pꝫ ẽt ꝙ daẗ modus quo cognoſciẗ de⁹:qa videlꝫ in illo ꝯceptu cõpoſito ſibi ꝓprio veritas pma:in qua cãliter nota ſunt q̃cũqꝫ incõmutabilr vera ſunt:q ꝓbaẗ de ente ꝑticulariter ſũpto.

Ad zᵐ li.z.c.17 cap.6.

¶ Ad zᵐ dõm:ꝙ ſm intentionẽ Aug.vbi ſupra de libo arbitrio.ꝛ 5° cõfeſ.vitas pma nõ ſolũ eſt cã notitie pncipioꝶ:ſed ẽt ꝯcluſionum:ꝛ gñalr oĩs veritatis.verũtñ qa ad notitiã ꝯcluſionũ ꝯcurrit cauſalr etiã notitia pncipioꝶ:ꝛ nõ ecõuerſo:ideo magis dꝛ ꝙ pnª ſũt nota in pma veritate qꝫ ꝯnes:ſic etiã dꝛ de intellꝰ agẽte:qꝫuis itellꝰ agẽs ſit etiã cã notitie ꝯnũ.

Ad zᵐ Ↄ pᵐ ꝯ.

¶ Ad rõnẽ.z.ſupra factã cũ dꝛ:ꝙ oẽ qd cogſciẗ diſtincte: ꝛ in ꝑticulari:cognoſciẗ imediate in ſeipſo. Dico ꝙ hoc eſt falſum:lꝫ eni qd in ſeipſo imediate cognoſciẗ:cognoſcaẗ in ꝑticulari:nõ tñ ecõuerſo:oẽ qd cognoſciẗ in particulari ꝛ diſtincte:cognoſciẗ imediate in ſeipſo.ꝓbatuꝫ eſt eni ſupra ꝙ itellꝰ põt cogſcere ſingulare abſens in ꝑticulari ꝛ vt ſingulare in ꝓpria forma ꝛ ſpecie illi⁹. Tũc ad ꝓbationẽ cũ dꝛ:ꝙ mediuꝫ per qd cognoſciẗ ducit idifferẽter in notitiã cuiuſlibet ſibi ſilis:ꝛ nõ tñ vnius. Dic ꝑ põt dici quãtũ ſpectat ad ꝓpoſitũ:ꝙ ꝯceptus ꝓpri⁹ deo nullius alteri⁹ eſt cõceptus:nec alicui alteri ſilis:quãuis tales cõceptus nõ ſic ꝛ eodẽ mõ poſſint dici ſiles reb⁹ ꝑ qbus ſupponũt:ſicut cõceptus imediate a rebus abſtracti: ꝛ ſpẽs etiã ſingulares:q̃uocũqꝫ tñ cõceptus ꝓprius deo poſſit fieri ſimilis:vel dici repreſentatiuus dei. Dico ꝙ eſt ſibi ſic ꝓprius:ꝙ nulli alteri eſt cõis:nec ſunt plures qbus ſit cõis:ꝛ ideo per ipſum põt in ꝑticulari cognoſci. ¶ Scdo dico ꝙ illa ꝓpõ nõ eſt vera etiã in alijs vbi ſũt plura eiuſdẽ rõnis iter ſe ſilia.vñ vt ſupra ꝓbatũ eſt:ſpecies hui⁹ albedinis dem̃ſate ſic determinate ducit in notitiã eius ꝙ nõ in notitiã alterius: qꝫuis ſint multe oĩno ſibi ſiles:nec talis ſimilitudo ſpẽi ad quãlibet albedinẽ ſimilẽ ei a qua cãta eſt:facit ꝙ ipſa ſit repreſentatiua cuiuſlibet talis:ſicut etiaꝫ viſio albedinis huius demõſtrate: eſt viſio eius tñ ꝛ nullius alterius:ꝛ tñ ipſa viſio:vel eſt ſpẽs rei aut ſaltẽ ei⁹ ſilitudo:nõ minor qꝫ ſpẽs:ſi ſpẽs ponaẗ diſtincta a viſione:ſicut ğ viſio eſt viſio hui⁹ tñ:ſic talis ſpẽs eſt hui⁹ tñ repñtatiua:ꝛ in eius tñ notitiã ducit.

Ad 3ᵐ.

¶ Ad 3ᵐ nego ꝯñtiã:nec eniꝫ oĩs pñtia ſufficit vt ſupra pꝫ:ſꝫ pñtia obiectiua:qñ.ſ.res pñſens cauſat in intellectu notitiã:ſine aũt tali pñtia nõ eſt deus nobis pñs:duꝫ ſumus in mũdo iſto.

Ad 4ᵐ

¶ Ad 4ᵐ ꝯcedo ꝙ poſſumus intelligere illud bonũ in quo poſſumus btĩficari:ꝛ illud vtiqꝫ deus eſt:nõ ꝯceptus dei:ſed non ſequiẗ.beatificabimur in deo imediate.igiẗ cognoſcim⁹ deuꝫ imediate:quãuis ſequaẗ:igiẗ cognoſcemus deũ imediate:ꝛ ſimilr ſequiẗ. beatificamur in deo imediate.ğ cognoſcimus deuꝫ imediate.

Ad ar.Ↄ z° rõnẽ

¶ Ad dubiũ ꝯtra ſcdaꝫ ꝯnẽ.dico ꝙ cõceptus boni ſm ſe põt duplr itelligi.vno mõ cũ ꝑciſiõe cuiuſlibet alterius ꝯceptus cõis:aut ſpãlis poſitiui vel negatiui:ꝛ talis ꝯceptus nullius boni eſt ꝓpri⁹:ſed oĩ bono cõis:ꝛ iõ in tali ꝯceptu nõ cognoſciẗ determinate ꝛ in ſpãli deus:

quauis cognoscaꝛ cõfuse in illo:sicut ꝛ q̄ỏlz aliud bonū. ¶ Alio mō pōt sumi cōceptus cū adiunctiōe alteri⁹ cō/ceptus affirmatiui:vt bonū causa ois boni:aut adiūctio/ne ꝯceptus negatiui:vt bonū nō alio bono bonū:vł etiā vtriusqꝫ:vel alicuius equiualentis vtriusqꝫ:scilꝫ affirma tiuo ꝛ negatiuo:vt bonū summū.i.qḋ omni bono est me lius:ꝛ nihil eque sibi bonū:ꝛ tunc nō sumiꝛ ꝯceptus sim plex boni:sed cōpositus:ꝛ q̄libet talis ꝓpri⁹ est deo:ꝛ in illo determinate cognosciꝛ deus. ¶ Tūc dico ad Aug.ꝙ in auc̄te allegata accipit cōceptū boni p̄ mō et ille vtiqꝫ ꝯceptus est dei:nō tñ ꝓprius:sed cōis:ꝛ tñ in illo ꝯceptu pōt cog̃sci:q̄uis nō disticte ꝛ in sp̄ali:sed stati post Aug^m accipit ꝯceptū boni 2° mō cū ait.q̄rēdū est bonū aie:non cui supuolitet iudicādo:sed cui bereat amādo:ꝛ q̄d hoc nisi de⁹:nō bon⁹ animus:nō bonus angelus:nō bonū ce/lū:sed bonū bonū. Et per hoc qḋ ait bonū bonū:vult hr̄e ꝯceptū ꝓpriū dei:ꝛ illud idē est dicere:summus vel ꝑfe/ctissimū bonū:nō alio bono bonū:qḋ mox pꝫ ꝑ eūdē:qui statim ad declationez subdit:ꝙ animus:eo ꝙ anim⁹ est: est aliq̄d boni.vñ dr̄ corpe melior:sed iō nōdū dr̄ bonus animus:q̄a restat ei actio volūtatis:q̄ sit p̄stātior:ꝛ si fie/ri debeat bonus nec̄e est:vt se cōuertat ad aliq̄d:qḋ ipse nō est. ¶ Ex quo pꝫ:ꝙ bon⁹ animus:nō est bonū bonuꝫ. q̄a nō seipso est bon⁹:sꝫ alio bono:ad qḋ se ꝯuertit. Et q̄a nō est semꝑ ꝛ icō mutabilr̄ bonus:sꝫ aliq̄ñ melior:aliq̄ñ min⁹ bon⁹:vł etiā nō bon⁹.iō ꝯcludit. Quapꝑ nulla eēnt mutabilia bona:nisi eēt icō mutabile bonū:idē itelligēs ꝑ icō mutabile bonū:qḋ supra bonū bonū. Et addit. Cuꝫ itaqꝫ audis bonū h̄:ꝛ bonuꝫ illud:que p̄ñt dici alias non bona si poteris ēt sine illis q̄ ꝑticipatione boni bona sūt ꝑspicē ip̄m bonū:cui⁹ ꝑticipatione bona sūt. Simul enī ꝛ ipꝫ itelligis.s.in ꝯfuso ꝛ cōi ꝯceptu:cū audis aut h̄ aut illḋ bonū. Si igiꝛ potuerı̄ illis detractis ꝑ seip̄m ꝑspicē bonū ꝑspexeris deū:vult dicē:ꝙ cū audis: h̄ vel illḋ bo/nū.v.g.bonū celū in h̄ cōplexo icludiꝛ ꝯcept⁹ boni:ꝛ in illo itelligis ip̄m bonū qḋ est de⁹. Nō tñ disticte ꝛ in par ticulari:sꝫ vltra h̄ poteris ꝑspicē sine illis:q̄ sūt bona ab alio ꝛ ꝑticipatiōe boni alteri⁹ ip̄m bonū cui⁹ ꝑticipatio/ne alia sūt bona:siue qḋ est cā alioꝝ bonoꝝ:ꝛ qḋ ꝑ seipꝫ est bonū:tūc hēs ꝓpriū ꝯceptū dei:ꝛ in illo distincte ꝛ in ꝑticulari ꝑspicis deū.iste aūt ꝯcept⁹ bonū ꝑ seip̄m.i.nō alio bonū:ꝛ qḋ est cā alioꝝ bonoꝝ:vtriqꝫ cōplexus est et ex his magis declaraꝛ veritas ꝯnū supra positaꝝ. ¶ Ad

Ad p̄^m p̄nci^le.

rōnes p̄n^{ci}. Ad p̄^{am} cū dr̄.simpl̄r aut totalr̄ sciꝛ aut totalr̄ ignoraꝛ.distiguēdū ē de scia:aut simplici aut ꝯplexa q̄ñ aliq̄d de ipso cog̃sciꝛ. ¶ Scḋo de eo qḋ dr̄ totalr̄:qḋ pōt exponi affirmatiue ꝛ negatiue:affirmatiue.i.qḋlibet ei⁹ sciꝛ ꝛ nihil eius nō sciꝛ:vel negatiue.i.nihil eius ignoraꝛ seu nō sciꝛ. Tūc dico ꝙ si loquamur de notitia simplici simplex q̄ñcunqꝫ cognosciꝛ totalr̄ cognosciꝛ.i.nihil eius latet. Si v̄o de notitia complexa nō est sic.sed aliquid de ipso q̄ñqꝫ ignoraꝛ:q̄ñ iaꝫ aliq̄d est notū de eo:ꝛ iō nō in q̄ñcūqꝫ cognosciꝛ tali notitia sciꝛ totalr̄:ꝛ iō p̄mo sensu maior est vera ꝛ minor falsa. Nā deus totalr̄ pōt cog̃sci a nobis.i.sic ꝙ nihil qḋ est ei⁹ est:q̄n sit cognitū. Et si cō/prehēdere accipiaꝛ in hoc sensu ꝯcedēdū est ꝙ etiā pōt cōprehēdi:nō tñ sic cōsueuit accipi hoc vocabulū. In 2° v̄o sensu maior est falsa:nec ad hunc sensum ꝓcedit eius ꝓbatio:sed in p̄. Et de hac notitia verū est ꝙ de⁹ nō pōt

Ad 2^m

totalr̄ cognosci nec cōprehēdi. ¶ Ad aliud ꝯcedo ꝯñs.s. ꝙ dei suba cognoscibilis est a nobis:lꝫ non in seipsa:īme diate:ꝛ hoc opꝫ quēlibet catholicū ꝯcedē cū dicat Ap̄ls ꝙ per ea que facta sūt itellecta cōspiciꝛ a creatura mūdi id est ab homine sempiterna v̄tus dei:ꝛ deitas nihil aliḋ est aut dei suba q̄ꝫ diuinitas. ¶ Ad ꝓbationeꝫ falsitatis cōsequētis que est per Damas.dico ꝙ loquiꝛ de notitia comprehēsiua:qua.s.perfecte scitur quid est res.patet in verbis allegatis in eodē argumento.vnde in eodē caplo

p̄ li.c.4.

cōcludit. Infinitus igitur est deus et incōprehensibilis: ideo enim incōprehensibilis:q̄a infinitus:nō obstāte tñ ꝙ sit incōprehēsibilis ꝯm intellectū datū in ꝓcedenti so lutione:est tamē cognoscibilis. ¶ Ad 3^m accepto añte in

Ad 3^m 3° de aīa T.c.30.

eo sensu in quo ꝓcedit ꝓbatio.nego ꝯñaꝫ. Ad ꝓbationē dico ꝙ Ph̄s ibi loquiꝛ de notitia rerū sensibiliū absen/tiū.vt ibi pꝫ ex imediate ꝓcedētibus ꝛ etiaꝫ sequētibus. ¶ Ad 4^m dico ꝙ cognosci per discursum cōtingit dupli

Ad 4^m

citer.vno modo cognosci per discursum illud qḋ cōclu/diꝛ ꝑ discursuꝫ:ꝛ oē tale est aliqḋ cōplexū:sicut q̄libet ꝯ est aliq̄d cōplexū. ¶ Alio mō aliq̄d dr̄ cognosci ꝑ discur sum:q̄a eius notitia p̄supponit discursuꝫ:ꝛ sic dico deuꝫ cognosci ꝑ discursum. Nā vt deus cognoscaꝛ in cōceptu aliquo sibi ꝓpo:quo solūmodo pōt cognosci a nobis no/titia sibi ꝓpa:necesse est hr̄e notitiā actualē vel habitua leꝫ:ꝙ ille ꝯceptus est ꝯceptus alicuius rei:vt ex superio ribus declatū est in sili.hec aūt nō habenꝛ nisi per discur sum:sic̄ nec est imediate nobis notū:ꝙ est aliqḋ ens ꝑfe ctissimum:ꝛ summū bonū:aut efficiēs p̄muꝫ oīum:ꝛ sic de alijs ꝓprijs ꝯceptibus dei:sꝫ per argumētationē ꝛ dis/cursum ex nobis notis fit nobis manifestū. ¶ Cuꝫ autē arguiꝛ ꝯtra:q̄a in omni discursu opꝫ mediū esse ꝓportio natū cognito. Dico ꝙ oē mediū eē ꝓportionatū pōt itel/ligi dupl̄r.vno mō in ꝑfectiōe:ꝛ sic ꝓpō assumpta est fal sa. Alio mō ꝯm illationē:qḋ nō est aliud q̄ꝫ esse medium cōueniēs:ad habēdā notitiā illius:ꝛ in hoc sensu pōt cō/cedi ꝓpō.sed minor est falsa:nec ꝓbatio eius ꝓcedit in hoc sensu:sed in p̄mo. ¶ Ad aliā ꝓbationē cōcedo:ꝙ dis cursus est inter cōplexa mō quo p̄dictū est cū diciꝛ ꝙ no titia cōplexi exigit notitiā vtriusqꝫ termini. Dico ꝙ no titia termini ad ꝓpositū est duplex.vna qua cognoscitur quid significat ille terminus.alia qua cognosciꝛ:ꝙ ille terminus de ente verificaꝛ:ꝛ iste multum distinguunꝛ. Nam de aliquibus habeꝛ notitia p̄ma de q̄bus scḋa nō habetur:sicut de his terminis corpus infinitū vacuū:et sic de alijs similibus. Prima notitia est illa:que p̄exigiꝛ. scḋa aūt nō sꝫ multotiēs acq̄riꝛ:sicut qui vult scire.vtrū aliqḋ ens sit summe ꝑfectū ante discursum:scit q̄d ipoꝛ/tatur per vtrūqꝫ terminū huius complexi:non est tamē necessariū:ꝙ sciatur illud p̄dicatū verificari de ente:sed per discursum acquirere pōt notitiā taleꝫ:qua acquisita potest haberi simplex notitia de deo:ꝛ cum dicitur:non apparet qualiter deus erit cognitus nisi sit in se imedia te cognitus:patet hoc falsum esse ex dictis.

¶ Distinctionis.IIII. Questio. I.

Super distinctione quarta. Quero cuꝫ magr̄o vtrū hec sit v̄a.de⁹ genuit deū. ¶ Arguiꝛ ꝙ nō.hec nō est vera.deitas ge

p̄^m

nuit deitatē.igiꝛ nec hec:de⁹ genuit deuꝫ. ꝯcediꝛ ab oīb⁹.ꝯñā ꝓbaꝛ. Naꝫ vna causa falsitatis est vtriusqꝫ.s.vnitas ꝛ idētitas sūma sine omni reali distinctione.iō enī p̄ma est falsa:q̄a deitas nō distī/guiꝛ a deitate nec sunt due deitates. Similr̄ nec sūt duo dij. ¶ Scḋo si deus genuit deū.igiꝛ de⁹ generās genuit

2^m

se deū vel aliū deū:ꝯñs est falsum. Falsitas eius quo ad p̄^{am} ꝑtē pꝫ ꝑ Aug^m p̄ de tri.nulla enī oīno res est q̄ seipsaꝫ

cap̄ p̄.

gignat vt sit. Quo ad 2^{am} pꝫ:q̄a vnus tñ deus est.igiꝛ nō est alius deus. ¶ 3° si de⁹ genuit deū:aut genuit deū q̄ est

3^m

deus pr̄:aut deū q̄ nō est de⁹ pr̄.nō deū q̄ est deus pr̄:q̄a tūc pr̄ eēt genit⁹:nec deū q̄ nō est deus pr̄:q̄a nō est aliq̄s de⁹ q̄ nō sit de⁹ pr̄:cū vnus deus sit pr̄ filius ꝛ sp̄us sctūs.

Ad oppositū

Oppo^m cap 2°

Ad oppositũ Arguit̃:τ est pfessio fidei:quia in symbolo dĩ deuz de deo lumen de lumine.deũ verũ de deo vero.Et Aug.6° de tri.d.q᷑ pater nõ est deus de deo:sed filius est deus de deo.❡ Itez

cap.5. cap.9.

Ansel.de pcessione spũs sci:τ plurib^9 alijs.vt aũt ibidez d.non est deus de deo nisi aut nascẽdo vt filius:aut pcedendo vt spũs scũs.Filiũ igit̃ esse deũ de deo:est eẽ deũ natũ de deo.s.pr̃e:τ sic ẽ de^9 genit^9 de deo:τ de^9 pr̃ est de^9 de quo p gñationẽ fili^9 est deus:τ per ɔ̃ñs est de^9 gñans deũ:ac per hoc hec est vera:deus genuit deum.

Rñdeo dõm q᷑ hoc nomen deus in sacra scriptura: diuersaz iuenit̃ hic suppositionẽ.Quãdoqз eni supponit p hypostasi siue psona:τ qñqз p cõi psonarũ nã vel essentia sicut inueniri põt a Dama.li.3.q᷑ enim

c.4.τ.ii.

aliqñ supponat p psona:pbat̃ p illud pphe. Propterea vnxit te deus τc̃.vbi vt.d.c.3.pr̃ez τ filiuz manifestauit.vñ ƒm eũdẽ hoc nomẽ de^9 in pdictis v̉bis pmo loco positũ est casus vocatiui.τ 2° positũ est casus noĩatiui.Et est sensus.O de^9 filĩ.te vnxit deus.s.pater:τ eodẽ mõ exponit Aug.vt dicit glosa ad hebre.p̃.vbi dicta pphe verba allegat Apl̃s.hoc igit̃ nomẽ deus pmo loco positũ:supponit pro filij psona:τ 2° repetitũ pro hypostasi pr̃is. Idez

cap p

euidẽtius pbari posset per illõ Joãnis.Et v̉bũ erat apõ deũ.in qbus v̉bis ɔstat deũ in pdicato nõ nisi p pr̃is psona supponere posse:τ nullo mõ pro cõi suba:cũ ppositio illa.apud distictionẽ importet.Uñ hec nõ est vera:v̉buз erat apud deitatẽ:q᷑ v̉o hoc nomẽ deus.qñqз supponat

li.p̃.c.4

pro cõi nã τ eẽntia.d.vbi supra Damaſ.sic iquiẽs. Sciẽdũ igit̃ q᷑ deitatis quidẽ τ humanitatis nomẽ:subarum sciłз aut naturaꝝ est repñtatiuũ:de^9 aũt τ hõ τ de nã accipit̃:qñ dicimus.deus est incõprehensibilis suba:τ qñ vnus est deus.Accipit̃ aũt τ de hypostasib^9 pticulariorẽ suscipiẽte nomẽ.vt qñ iquit scriptura.ppterea vnxit te deus deus tuus τc̃.τ vt hoc certius appareat ppter q̃sdã qui dicũt hoc nomẽ de^9 semp supponere pro psona:illud pbari põt qm̃ hoc cõiter concedit̃ a fidelibus:τ in pñti di.pbatur multipl̃r a magr̃o hec debere ɔcedi.vnus solus deus est trinitas:τ hec simil̃r.vnus solus deus est pr̃

cap.6.

τ filius τ spũs scũs.Et vtrãqз ponit Aug.p de tri.constat aũt q᷑ in neutra harũ:deus põt supponere pro hypostasi aliqua.nulla eni est tri.aut pr̃ τ filius τ spũs scũs. ❡ Ex hoc ad ppositũ dico q᷑ si in hac:deus genuit deũ:deus siue in subiecto siue in pdicato siue in vtroqз supponat p cõi nã:ppõ est falsa.Deitatẽ eni nec deũ genuit de^9.nec deitas hypostasim:nec deitatẽ hypostasis:vt pз ex̃ de sũma tri.c.dãnam^9. Si v̉o τ i subto τ in pdicato supponit pro hypostasi.in subto qdẽ p psona pr̃is:τ in pdicato p psona filij:vtiqз ipsa est vera τ ɔcedẽda.❡ Et si querat̃ an simpl̃r sine pmissa distinctiõe debeat ɔcedi:põt dici q᷑ sic:dũmodo verus habeat̃ intellectus de ipsa.qm̃ iste terminus deus.rõne sue ɔcretionis:hз ex suo mõ significandi q᷑ pro hypostasi possit supponere:qõ sic non est de

cap.ii.

hoc noĩe deitas.Uñ Dam̃.li.3.deitas qdẽ nãз mãifestat: pr̃ aũt hypostasim.deus aũt τ in cõe nãe significat:τ in vnaquaqз hypostaseon.i.psonaꝝ ordinat̃ õnominatiue: quẽadmodũ τ hõ.Deus eni est q hз diuinã nãз:τ hõ qui humanã.❡ Et ideo qñ iste termin^9 deus.subijcit̃ respectu pdicati:qõ de solo hypostasis noĩe v̉ificat̃ ppõ simpl̃r est ɔcedẽda:sic aũt est in ista.deus genuit deũ.❡ Itẽ qa hypostasis nullã rẽ pter nãm icludit:sed penit^9 idipз qõ nã quã signat h nomẽ de^9:τ p qua(vt dictũ ẽ)supponit siue sit h ex cõi vsu sermonis sanctoꝝ:siue ex nã termini:iõ qñ h nomẽ de^9 subijcit̃ respectu pdicati:qõ de sola nã verificat̃:ppõ etiã est simpl̃r cõcedẽda.vñ hec simpl̃r est ɔcedẽda.de^9 est tri.τ hec.de^9 est pr̃ fili^9 τ.s.s.τ simil̃r hæ ɔuerse.s.tri.est deus.pr̃ τ filius τ spũs scũs sunt deus.verũtñ qa aliq:vt.d.magr̃ in l̃ra:dixerũt has eẽ veras.pr̃ τ fili^9 τ spũs sctũs sũt de^9.tri.est deus.negauerũt tñ has.deus est pr̃.de^9 est tri.de^9 est pr̃ filius τ spũs scũs. Et pl̃es auctes q̃s 3 eos magr̃ allegat pdicãtes trinitatẽ de deo:aliqui possent extorq̃re.dicentes eas esse trãspositas.v̉bi gr̃a.de aucte Aug.5° de tri.dicẽtis.non tres deos:

cap 8°

sed vnũ deũ dicim^9 eãdẽ ipsaз pstãtissimã trinitatẽ. Hãc inquã dicerẽt itelligi debere p trãspõnẽ sic.nõ dicimus eandẽ ipsaз trinitatẽ esse tres deos:sed vnũ deũ.ideo cõtra hos iduco auctes q̃s nullo modo pose vĩ extorqueri. Ait eni Aug.loquẽs de deo.15.de tri.dñe de^9 nr̃ credim^9

c. vltio.

in te pr̃ez τ filiũ τ spũm scũз. Neqз eni diceret veritas. Ite baptiзate gentes in noĩe pr̃is τ filij τ spũs sci:nisi trinitas esses.nec baptiзari nos iuberes:dñe deus in ei^9 nomine qui nõ est dñs deus.Et sequit̃:nec diceret̃ voce diuina.audi israel dñs deus tuus vnus est:nisi trinitas ita esses vt vnus dñs deus esses. In qbus verbis patet q᷑ loqueris de deo ei in scda persona.d.tu es trinitas:que v̉ba vt pз pmissaз trãspositionẽ pp suã icõgruitatẽ nõ patiũtur.❡ P.Ansel.de pcessione spũs sci.dat vtrãqз.d. Plu

c. vltio.

ralitas nãqз hũanaꝝ psonaꝝ nõ est nisi in pluribus hoĩbus:nec vn^9 plr̃atẽ accipit psonaꝝ:de^9 aũt vnus est tres psone:τ tres psone vn^9 deus.❡ Sed restat adhuc dubiũ vtrũ sic̃ ɔcedit̃ hec.deus genuit deũ.ita ista sit ɔcedẽda: deus nõ genuit deũ.❡ Ad illud dico q᷑ quãtũ ex vi ƒmonis est τ nã terminoꝝ hec simpl̃r est ɔcedẽda.cui^9 pbatio est:qa aut deus supponit p nã cõi:τ tũc ɔstat eaз esse simpl̃r verã:aut p psona:τ tũc ẽ ppõ idefinita:tres hñs singulares:q̃ꝝ due sũt vere.v̉.g.hec:demr̃ato filio:h non genuit deũ:τ h demr̃ato.s.s.nõ genuit deũ.Ad v̉itatẽ aũt idefinite sufficit alicui^9 singularis v̉itas. Et iõ sic̃ ambe sunt vere iste:psona diuina genuit deũ:psona dina nõ genuit deũ:sic τ he due vere sunt:deus genuit deũ:deus nõ genuit deũ:sicut τ hec ẽ falsa simpl̃r.nõ genuit psona diuina deũ.siue dicat̃.nõ de^9 genuit deũ:aut nõ psona diuina deũ:τ h v̉tute negationis pcedẽtis termini:que ɔfundit ipз τ facit ipsuз supponere ɔfuse τ distributiue.vñ τ ipsa eqpollet huic.nulla psona dina genuit deũ:que falsa est.Sic̃ hec eidẽ eqpollẽs.non aliq̃ psona dina genuit deũ.Simil̃r dõm est de ista.nõ genuit deũ de^9.eqpollet eni huic.nullus q est de^9 genuit deũ:q̃ certissime falsa ẽ. ❡ Hoc clarius pз si pcedat iterrogatio querẽtis.an de^9 genuit deũ:τ rñdeat̃ nõ genuit.Sic eni rñdẽs.vĩ gnõnẽ negare vl̃r a q̃libet psona dina.Et qa non oẽs aduertunt dr̃iaз iter has:deus nõ genuit deũ:τ nõ genuit de^9 deuз: sed idifferẽter minus docti possent vnã pro altera recipere:τ hec scda est falsa:vt visuз est.iõ contra hereticos:ne seducerẽt fideles:in hoc voluerũt plures antiquorũ doctoꝝ hãc nõ debere ɔcedi:de^9 nõ genuit deũ:τ meli^9 est eadẽ nõ vti ppter simplices:q̃uis ipsa sit simpl̃r vera.

Ad rões pnci^les.

❡ Ad p^am rõnẽ in opp^m ɔcedo añs negãdo ɔñaз.Et rõ est: qm̃ lз sit tñ vnus de^9 sic̃ τ vna deitas.nihilomin^9 h nomẽ deus ex suo mõ significãdi hз:q᷑ possit supponere p q̃libet hypostasi:τ quolibet habente diuinitatẽ vt supra

cap ii^o

pз per Damaſ.Sũt aũt plures hypostases:τ distincte ac alie abinuicẽ hñtes deitatẽ:lз ipropria sit locutio:h autẽ nomẽ deitas non supponit pro hypostasi:sed tñ p nã in qua nulla est oĩno distictio.Uñ Damaſ.li.3. In vnaq̃qз ingt hypostaseon de^9 nomẽ ordinat̃:de hypostasi ãt deitatẽ dicẽ nõ possum^9.❡ Ad 2^m sil̃r nego ɔñaз.Et si pbe

Ad 2^m

tur sic:de^9 gñat:q̃ gñat se vel aliũ:igit̃ seqt̃:de^9 gñat deũ: aut gñat se deũ vl̃ aliũ.Dico q᷑ p^a ɔña q̃ assumit̃ p añte bona est:ex ea tñ nõ sequit̃ 2ª istãtia. Seqt̃ eni pr̃ gñat. igit̃ gñat se vel aliũ.nõ tñ seqt̃.pr̃ gñat filiũ.igit̃ se filiũ

vel aliuz filiũ. Añs eni est verũ ⁊ ↄñs falsuz: q̃a nec pr̃ est filius nec filius est alius filius a pr̃e: lz sit alius ab eo. Similr in creaturis: sequit̃ eni sol gñat. igit̃ se vel aliũ: ⁊ tñ nõ sequit̃. sol generat murẽ. igit̃ se murẽ vel aliũ murẽ. Nã vtraq̃ ps ↄñtis est falsa. Et si dicat̃ q̃ qñ aliqd sequitur ad aliud eodẽ addito vtrobiq̃ idẽ sequit̃. Dico q̃ hoc nõ est vlr verũ de quolibet addito. Instãtia eni est in diuinis. Seq̃t̃. filius est a pr̃e. g̃ est alius a pr̃e: ⁊ tñ non sequit̃. filius est de⁹ a pr̃e. igit̃ est ali⁹ de⁹ a pr̃e. Añs eni est veruz

ca. vltio

vt pz p Aug⁹ 15° de tri. iuxta pn̄m: ⁊ tñ ↄñs est falsuz. In creaturis silr. Seq̃t̃ eni mus est a sole. igit̃ est aliud a sole: ⁊ tñ nõ sequit̃: mus est a sole q̃drupes. igit̃ est ali⁹s sole q̃drupes. Nã añs est verũ ⁊ ↄñs falsuz. Nã dãs formã dat oĩa ↄña ad formã: ⁊ iõ regula illa nõ valz vlr vbi additũ est: syncathegoreuma sic p mlta posset exẽpla declarari. ¶ Si aũt q̃rat̃ de hac. sz se de⁹ genuit aliũ deũ: an sit vera: Dico q̃ si aliũ sit substãtiuũ vera ẽ ⁊ ↄcedẽda. Nã est sensus q̃ genuit aliũ q̃ est de⁹. Et h̃ roborat̃ ex dicto saluatoris dñtis. Ego rogaui prẽz ⁊ aliũ paclitũ dabit vobis. i. aliũ q̃ est paraclit⁹. Si võ sit adiectiuũ. falsa est ex vi s̃monis. Nã semp qñ hic termin⁹ alius addit̃ substãtiuo: siue abstracto siue ↄcreto supponẽti pro eodẽ cũ abstracto: aut p eo qð nõ est res distincta: neq̃ rez icludit distinctã ab ea p q̃ supponit: ei⁹ abstractũ notat diuersitatẽ ei⁹ rei p q̃ supponit abstractũ: ⁊ sic notaret̃ ibi diuersitas deitatis: ⁊ deũ genitũ eẽ aliũ in deitate a deo gñante: qð est falsuz. Et q̃a de v̾tute sermonis ⁊ vsitatius hic termin⁹ ali⁹ addit̃ alteri termino ⁊ maxĩe substãtiuo tenet̃ adiectiue: iõ illa simplr ẽ negãda. Et si dicat̃ q̃ sicut i ista. de⁹ gñat deũ: de⁹ vtrobiq̃ supponit p supposito pcise: eodẽ mõ i ista. de⁹ gñat aliũ deũ: q̃re sic p⁹ ↄcedit̃: ita z° dz ↄcedi. ¶ Dico q̃ siue ex vsu loquẽtiũ pp calũnias hereticoꝝ: siue ex ppa signatiõe s̃mõis: talis ppõ vi signare p aspectu distõnẽ: tã in nã q̃ in supposito. Si aũt ex ↄditione artet̃ ille termin⁹ ad suppo^m: ⁊ ppõ ad signandum

Ad 3^m

alietatẽ suppositoꝝ pcise dz ↄcedi. ¶ Ad 3^m dico q̃ hoc totũ. de⁹ pr̃ põt ↄiunctiz pferri sine iterpõne cuiusq̃ expssa vl itellecta: vl subitelligẽdo aliq̃ iterpõnẽ. Prio mõ dico q̃ hec est falsa: de⁹ genuit deũ q̃ est de⁹ pr̃. Et rõ est: q̃a deũ i pdicato suppõit p psona filij vt dictũ ẽ. Et relatiuũ illõ qui. imediate seq̃ẽs suppõit p eodẽ: hec aũt penit⁹ falsa est: fili⁹ est de⁹ pr̃: sic hec: fili⁹ ẽ pr̃: ⁊ iõ alia ẽ ↄcedẽda. s. hic genuit deũ: q̃ nõ ẽ de⁹ pr̃. z° aũt mõ vt interponit̃ h̃ totũ q̃ est: vt sit sensus. genuit deũ q̃ ẽ de⁹ q̃ ẽ pr̃: v̾a est. sz q̃a h̃ nõ est bñ de v̾tute s̃monis: nec i vsu loquẽtiũ: iõ hec ẽ potius dãda: genuit deũ q̃ nõ ẽ de⁹ pr̃: nec tñ seq̃t̃ q̃ sũt ples dij: q̃a lz fili⁹ nõ sit de⁹ pr̃: est tñ de⁹ q̃ ẽ pr̃.

¶ Distinctionis. V. Questio. I.

SUper primã ptẽ distõnis q̃rit̃. Quero vtrũ eẽntia diuina gñet: vel gñet̃. Et arguo q̃ gñet syllogistice sic. oĩs pr̃ genuit. eẽntia diuina est pr̃. ergo genuit. Eodẽ mõ põt argui q̃ sit genita sic: oĩs fili⁹ est genit⁹: eẽntia diuina est filius. igit̃ eẽntia diuina est genita: sz oẽs pmisse sũt vere: ⁊ vtriusq̃ sylli forã ẽ pfecta. igit̃ vtraq̃ ↄ̃ vera.

2^m

¶ z° idẽ arguo p syllm expositoriũ sic: hic pr̃ generat: hic pr̃ ẽ eẽntia diuina: g̃ eẽntia diuina gñat. ¶ Itẽ hic fili⁹ gñat̃: hic fili⁹ est eẽntia diuina: igit̃ eẽntia diuina gñat̃.

3^m

¶ 3° qñcũq̃ aliq̃ sũt eadẽ nuõ ⁊ vna res oĩno idistincta ex nã rei: q̃cq̃d vni cõpetit ⁊ alteri: sz eẽntia ⁊ psone sunt h̃õ: ⁊ psone pr̃is cõpetit gñare: ⁊ psone filij gñari. igit̃ et eẽntie vtrũq̃ cõpetit.

4^m

¶ 4° eẽntia diuina ẽ pr̃ gñans. igit̃ eẽntia est gñans. igit̃ eẽntia gñat. Añs est notũ: ipsa eniz eẽntia vt. d. ↄciliũ: est pr̃ q̃ gñat: ac p h̃ pr̃ gñãs: ↄña patʒ: q̃a s̃m Phm z° pyher. ex his q̃ ↄiunctiz de aliq̃ predicant̃: lz iferre de illo subto diuisim quãlibet ptẽ illi⁹ pdicati ↄiuncti: qñ nulla illaꝝ dictionũ est distrahẽs aut diminuẽs reliquã. seq̃t̃ eni soꝛ. est hõ albus. igit̃ est albus. Et silr. igit̃ est hõ: lz nõ sequat̃. soꝛ. est hõ mortu⁹. igit̃ est hõ. q̃a mortu⁹ tollit rõnẽ hõis. neutra võ ps h⁹ pdicati. pr̃ gñãs: distrahit aut diminuit aliã vt pz. ¶ z° pbat̃ eadẽ ↄñtia: q̃a seq̃t̃. eẽntia est pr̃ gñans. igit̃ est h̃ gñans: demõstrato pr̃e. Et vltra p locũ ab iferiori ad supius affirmatiue a pte pdicati: igit̃ eẽntia est gñans. Alia ↄña ẽt est nota: q̃a de q̃cũq̃ pdicat̃ pticipiũ v̾bi: ⁊ v̾bũ eꝯ: nec hz istantiã.

5^m

¶ 5° sic. eẽntia est pr̃ filij. igit̃ eẽntia gñat filiũ. ↄña pz: q̃a eo pr̃ q̃a genuit. 5° meta. Itẽ q̃a sic. d. Aug. 5° de tri. ideo q̃ppe fili⁹ q̃a genit⁹: ⁊ q̃a fili⁹ vtiq̃ genitus: sicut autẽ fili⁹ ad pr̃em: ita genit⁹ ad genitorẽ refert̃: ⁊ sic pr̃ ad filiũ: sic genitoꝛ ad genitũ. Si igit̃ eẽntia est pr̃ filij: filius est filius eẽntie: ⁊ p ↄñs genit⁹ ab eẽntia: ac vltra. eẽntia genitrix est filij. Et vltra. igit̃ gñat filiũ. Añs võ pbat̃ p ↄuersionẽ. hec eni est vera. pr̃ filij est eẽntia. igit̃ ⁊ illa in quã ↄuertit̃. s. ista eẽntia est pr̃ filij.

T. c. 20.

cap. 6.

6^m

¶ 6° sic gñãs ẽ eẽntia diuina. igit̃ eẽntia diuina est gñãs. Añs est certũ: ↄña declarat̃ p ↄuersionẽ idefinite: ⁊ põt ẽt pbari: q̃a si illa nõ sequat̃ sumat̃ opposita. s. hec. nlla eẽntia diuina est gñãs: sed hec ↄuertit̃ simplr in istã. nullũ gñãs est eẽntia diuina: qð repugnat añti.

7^m

¶ 7°. cõstat eni q̃ aliq̃ res gñat filiũ. signet̃ igit̃ illa: ⁊ q̃rat̃: aut hec res est eẽntia aut non: nõ põt dici q̃ nõ: q̃a cũ pr̃ sit illa res que gñat filiũ: pater nõ eẽt eẽntia: qð est falsuz: vt pz p ↄciliũ: dãnam⁹. vbi dr̃ q̃ q̃lz triũ psonaꝝ est illa res: vz suba eẽntia: seu diuina nã relinq̃t̃ igit̃ q̃ illa res sit ipsa eẽntia: ⁊ p ↄñs eẽntia gñat filiũ.

8^m

¶ 8° pz hoc ex itẽtione scõꝝ. ait eni Aug. 15° de tri. v̾bũ dei pr̃is vnigenit⁹ filius p oĩa pr̃i silis ⁊ eq̃lis: de⁹ de deo lumẽ de lumie: sapia de sapia: eẽntia de eẽntia est: h̃ oĩno qð pr̃ nõ tñ pr̃ hic. d. Aug. eẽntiã de essentia. ⁊ idem 7° de tri. ⁊ cõstat q̃ eẽntia nõ est de eẽntia nisi p gñationẽ: essentia igit̃ genita est de eẽntia. Expssius aũt idẽ de fide ad petrũ. Sic iquit. chr̃z dei filiũ. i. vnã ex trinitate psonã deũ vnũ crede. vt diuinitatẽ eius de nã pr̃is natã eẽ nõ dubites. Hic expsse. d. diuinitatẽ nataz: ⁊ p ↄñs genitã. Et Ansel. monol. 4. 4. d. q̃ fili⁹ est eẽntia nata de patris eẽntia: ⁊ generalr oẽs sci idẽ dicũt. Uñ Ricar. 6° de tri. ait. nihil est aliõ pr̃is psona q̃ suba igenita: et nihil aliõ filij psona q̃ suba genita. Et q̃a Magr̃ sniarũ negat dei subaz eẽ genitã: iõ ↄ eũ arguit ⁊ suos seq̃ẽtes. (Nã subdit) multi tpib⁹ nr̃is surrexerũt: q̃ nõ audẽt hoc dicẽ q̃ fortius ⁊ mlto piculosius ↄ scõꝝ patrũ auctes ⁊ tot attestationes paternarũ traditionuz audent negare. ad illud qð dicũt aucto. inuenire nõ pñt. Ad hoc aũt qð dicimus aucto. multas ⁊ ipsi adducunt: ⁊ in moreʒ golie gladium quo iugulantur deferẽtes ad certamen procedũt. Est igitur vt videt̃ oĩno ↄcludendũ q̃ dei eẽntia gñat̃ ⁊ gñat.

cap. 14.

cap. 2.

cap. 3.

cap. 22.

In oppositum est Magr̃ in distinctione pñti qui vtrãq̃. d. esse negandam.

Oppo^m

Rñdeo. Hic nõ q̃rit̃: vtꝝ eẽntia gñet sic pn̄m quo. i. vtrũ sit pn̄m seu vis generãdi: q̃a de hoc videbit̃ in distin. 7ª. Nec vtrũ generet̃ tanq̃ formalis generatiõis terminus: quia de hoc in seq̃ẽti q̃one erit sermo. Sed q̃rit̃. vtrũ generet sicut pn̄m qð: ¶ Respondeo q̃uis de ista q̃one fuerit cõtrouersia inter doctores: sicut ex preallegatis verbis nũc apparet. Nũc tñ ↄcordit̃ ab oĩbus tenet̃ sentẽtia magistri: quã etiã sub duab⁹ ↄnib⁹ pono. ¶ Prima est q̃ eẽntia nõ generat. ¶ Scda est q̃ eẽntia nõ gñat̃. ¶ Primã pbo sic. si diuina essentia generat: aut gñat essentiã diuinã: aut patrẽ: aut filiũ: aut spiritũ sanctũ: sed nullũ istoꝝ generat. igit̃ nõ gñat. maioꝛ pz.

pma ↄ

sor pz.nõ enĩ aliud appet qδ ipsa posset dici gñare:⁊ si di catur φ non:eadẽ rõne tollit̃:minor pbat̃:qa nihil gñat id qδ ipm est p Aug^m pmo de tri.⁊ de imor.aie.essentia aut est eẽntia:aut est pr̃ ⁊ filius ⁊ spũs sctũs. ¶ 2ª eadez vtute pbat̃. Nã si est genita aut ab eẽntia:aut a pr̃e vl a filio vel a spũ scõ:nullũ hoȝ põt dici pter cãm iam di ctã. ¶ Utraqȝ ꝯ pbat̃ silr̃ per determinationez ꝯcilij ex̃ de summa tri.⁊ fide catholica.c.dãnam^o.vbi papa. Nos inquit sacro approbãte ꝯcilio credimus ⁊ approbamus cõfitemurqȝ cũ petro φ vna quedã res ⁊c̃. Et sequit̃ φ illa res nõ est gñans:nec genita neqȝ pcedẽs:sed est pr̃ ⁊ fi.⁊.s.s.pr̃ qui gñat.filius qui gignit̃:⁊.s.s.qui pcedit.vbi sicut pz de plano tota de hoc snia Magr̃i approbat̃. Ad hoc est itẽtio expressa Aug.7° de tri.sic̃ Magr̃ deducit.

cap p · cap.12. · 2^a ꝯ · cap p. · Ad p^m · Cato.i p .s.disti.5.

Ad rationes

in oppo^m. Ad p^m dicit qdã φ in ea cõmittit̃ duplx̃ falla.s.figur̃ dictio nis:p eo φ in maiore ⁊ in minore nõ est idẽ modus pdi catiõis. Nã in maiore cũ dr̃.ois pr̃ gñat:est pdicatio for malis:cũ oẽ vbũ pdicet̃ formalr̃ ⁊ nõ p idẽtitatẽ.in mi nore vo q̃ dr̃ eẽntia ẽ pr̃:est pdicatio tm̃ p idẽtitatẽ:⁊ sic nõ sequit̃. Est etiã falla accidẽtis:qa pr̃i inquãtũ de eẽn tia pdicat̃ sm idẽtitatẽ accidit φ generat:⁊ ideo ipsum nõ est mediũ sufficiẽs ad ꝯcludẽdũ generare de eẽntia. ¶ Sed neutra rñsio valet quicq̃:qr̃ alius ⁊ alius mo dus pdicãdi in maiore ⁊ in minore nisi aliud itervenia nõ cõmittit fallam figure dictionis. Pz:nã alias hic eẽt falla figure dictionis.oẽ aial est sensibile:ois hõ est aial. igit̃ ois hõ est sensibilis:qa in maiore est predicatio scdi modi dicẽdi p se:⁊ i miore pdicatio pmi:⁊ gñalr̃ qñcũqȝ ppa passio supioris pdicat̃ de p se iferiori p ipm supius tanq̃ p mediũ eẽt falla figure dictionis. ¶ Itẽ qñcũqȝ aliq̃ passio pbaret̃ de aliq̃ p diffõnẽ subti eẽt falla figu re dictionis:qa alius modus pdicãdi est quo passio pdi cat̃ de diffõne subti ab eo quo diffinitio subiecti pdicat̃ de subto:⁊ sic in multis demr̃ationib^o eẽt fallacia:qδ nõ est dõm. Similr̃ hic esset falla.oẽ aial est albũ:ois hõ est aial:igit̃ ois hõ est albus:cũ pdicatio maioris sit p accñs ⁊ pdicatio minoris p se:⁊ sic prima rñsio nulla. ¶ Scda quoqȝ est isufficiẽs:qr̃ sic in m̃ltis bonis syllis eẽt falla accñtis.vbi gr̃a.in vltio nũc assignato. Nã aiali inquãtuȝ pdicat̃ de hoie accidit φ sit albũ multo magis q̃ sit pr̃i accñs gñare:inquãtuȝ de eẽntia pdicat̃. ¶ P.sm istum Doctorẽ ibidẽ accipit̃ accñs nõ pro eo qδ realr̃ adest et abest:nec pro eo qδ accidentalr̃ pdicat̃:sed gñalr̃ pro oi extraneo a rõne subti:⁊ sic gñare est accidẽs patri:⁊ sic se quit̃ φ in multis demr̃ationib^o esset talis falla:sic̃ pz in pori solone. Et ideo dico φ in predicto syllo si pr̃ eandez hẽat suppõnẽ in vtraqȝ pmissa:⁊ vtrobiqȝ teneat̃ substã tiue nulla penitus est falla. ¶ Qδ ⁊ qdã aliud ꝯcedit.s. talẽ modũ arguẽdi in oĩbus tenere preterq̃ in diuinis.⁊ cã est:qa nũq̃ alibi pñt tres res:quarũ nulla est alia:esse vnã rẽ nuõ:⁊ ita ibi solũ põt aliqd vere affirmari de vna illaȝ triũ reȝ:⁊ tñ negari ab illa re q̃ est ille tres res pp idẽtitatẽ illius rei cũ illis tribus rebus ⁊ pter distin ctionẽ illarũ triũ reȝ iter se:⁊ sic sm hũc dõm est in diui nis talẽ formã arguẽdi nõ tenere. Et iõ q̃uis pmisse ve re sint:ꝯ tñ est falsa. ¶ Sed hec rñsio ẽ oĩno irrõnalis. Tũ qa sic dicẽdo tollit̃ ois via ad pbãdũ vel reprobãdũ aliqd circa diuina:cũ enĩ catholici volẽt aliqd pbare ꝯtra hereticos pro libito dicet̃ discursum ⁊ oẽm illationẽ nõ valere:esto φ perfecte sint regulati:⁊ sic nihil ex credit̃l. aut in scripturis cõtentis poterimus ꝯtra ipsos arguere. Tum quia sic dicere nihil aliud est q̃ fidẽ nr̃am catholi cãqȝ doctrinã ꝯriã esse certe rõni de plano cõfiteri:sicqȝ falsam:ac per hoc cõtemnẽdã ppria cõfessione asserere.

Contra Caton. vbi supra · Ockã.d. 5. q pria. · Contra Ockã vbi supra.

Et iõ talibus obuians Aug.in epla ad Marcellinum di cit. Si manifestissime certeqȝ rõni velut scripturaȝ san ctaȝ obijcit̃ auctoritas nõ itelligit q hoc facit ⁊ nõ scri pturaȝ illaȝ sensuȝ ad quẽ penetrare nõ potuit:sed suũ potius obijcit vitati:nec qδ in eis:sȝ qδ in seipso velut p eis inuenit opponit. vt qd etiã fuisset.tãtũ studiũ opporte nũ scõȝ ⁊ doctoȝ ad soluẽdas rõnes ipugnãtiũ catholi cã vitatẽ:facile qppe fuit dicẽ φ rõnes ꝯrie:⁊ si in alijs valerent:nõ tñ in his valebãt:qδ friuolũ oĩno ẽ. ¶ Rn deo igit̃ ad rõnez φ vel eius maior est falsa:vel syll^s est nõ regulatus per dici de omni:⁊ p ꝯñs nõ efficax discur sus:cũ sit affirmatiuus. vnde sciendũ φ vt syll^s sit regu latus per dici de omni:non sufficit maiorẽ ppõnem esse vlem in prima figura:nisi per eã denotet̃ φ de quocũqȝ verificat̃ subm:de eodẽ verificat̃ predicatũ. Nã sic̃ dicit Auerrois p prioȝ.dr̃ia est inter ppõnẽ vlem ⁊ dictuȝ de omni.per ppõnẽ enĩ vlem nõ denotat̃ nisi φ predicatũ verificet̃ de quolȝ suo subiecto vel singulari:sic φ queli bet eius singularis est vera. Sed per dictũ de omni vlr̃ hoc denotat̃:⁊ vltra φ de quocũqȝ verificat̃ subiectum ⁊ predicatũ. Unde dicit sic. Et per dictũ quidez de omni vult cũ nõ iueniat̃ aliqd in omni subiecto de quo nõ pre dicat̃ pdicatũ:⁊ illud est per hoc vt sit predicatũ iuentũ in omni subiecto:⁊ omni qδ disponitur per subm:vt sit dictũ vnum:omne qδ est aial est corpus:cũ volumus in eo intentionẽ dici de omni:nõ est eius intẽtio:vnũqδqȝ ex aialibus est corpus:sed vnũqδqȝ aialiũ:⁊ oẽ qδ dispo nit̃ per vnũ qδ vis aialiũ est corpus. Et hec est dr̃ia iter dictũ de oĩ qδ agit̃ pn^m in hoc libro ⁊ iter ppõnez vlem: hec Cõmẽ. Et h ad formã rõnis:cũ enĩ dr̃.ois pr̃ genuit: aut denotat̃ p hãc nõ solũ:φ qlibet pr̃ genuit:sic φ hec sit vera.hic pater genuit:⁊ silr̃ illa.hic pater genuit:⁊ sic de singulis eius singularibus:sed etiã oẽ de quo dr̃ pr̃:vl oẽ qδ est pater genuit:⁊ p dici de oĩ:tũc syll^s debite regu laret̃:⁊ maior eius est falsa.est enĩ hec falsa omne qδ est pater genuit. Si pater teneat̃ substãtiue ⁊ supponat pro hypostasi quo solo mõ minor est vera:aut nõ denotat̃ φ oẽ de q̃ vificat̃ pr̃ genuit:sȝ solũ φ illa vlis est vera ⁊ tũc maior est vera:sȝ syll^s nõ regulat̃ per dici de oĩ:⁊ p ꝯñs futilis est discursus. ¶ Eodez mõ rñdet̃ ad istos syllos: omne qδ est illud qδ est pr̃ gñat:essentia diuina est illud qδ est pr̃:igit̃ eẽntia diua gñat. Itẽ oẽ qδ est illud qδ ge nerat:gñat:eẽntia diua est illũ qδ gñat. Naȝ ipsa est pr̃ q gñat:vt dicit cõciliũ:ergo essentia diua gñat. Dico nãqȝ: aut φ p maiores istoȝ sylloȝ denotat̃ φ de q̃cũqȝ dicit̃ subm:dicit̃ predicatũ:⁊ tunc sunt false. Nã hec est falsa: omne qδ est illũ qδ est pater gñat:⁊ hec similr̃.oẽ qδ est illud qδ gñat:gñat. Nã eẽntia diua est illud qδ est pater: ⁊ est illud qδ gñat:⁊ tñ eẽntia diuina nõ generat. Aut p hõ maiores denotat̃ nõ φ de quocũqȝ dicit̃ subm dicit̃ pdicatũ. Et tunc sylli illi non regulant̃ per dici de omni. ¶ Ad scdam rõnẽ dico pmo φ eisdez modis a diuersis rñdet̃ quibus ad primã:que rñsiones etiã silr̃ refellunt̃ sicut ⁊ ille. Et ideo põt vno mõ dici φ ad pfectionẽ syl logismi expositoȝ requirit̃ φ quilibet terminus sic sit singularis φ nõ pdicet̃ de plibus:quãtũcũqȝ aũt sit sin gularis:si tñ pdicet̃ de plibus forma nõ est bona:nec tũc pcedit̃ p expõnẽ:quo pcedit Phs p poȝ:vbi pbat ꝯuer siones ppõnũ de inesse:⁊ ẽt syllos tertie figure. Nũc aũt q̃uis hic termin^o eẽntia sit singularis:qa nõ hẽt plura p pria supposita logice loquẽdo.i.per se singularia:pdicat̃ tñ de plibus.vbi gr̃a.de psonis.iõ iste termin^o eẽntia:nõ põt in pfecto syllo expositorio assumi:⁊ maxie cum alijs terminis nõ cõibus his de qbus essentia dicit̃:sicut sunt termini psonales ⁊ notionales. Si tñ ei^o cõitas restrige

Ad 2^m

ret ad aliqd nõ pdicabile de plibus: valeret sylls. vbi. g.
sic dicẽdo. hic pr gñat. hic pater est qd est essentia. demõ
strando aliqd nõ cõe: vtpote hypostasim pris: tunc vtiqz
sequit: ergo hoc qd est eẽntia gñat eodẽ demonstrato in
minore ⁊ ꝯne: ⁊ est ꝯvera. ¶ Aliter põt dici. s. ꝙ sylls ex
positorius nõ est euidẽs ex se neqz pfectus: sed opz pfici
per dici de omni: aut de nullo sicut et alij sylli imꝑfecti.
vbi grã. sit ille expositorius. sortes est alb⁹. sortes est mu
sicus. igit musicus est albus. vl' in pª figura sumẽdo sub.
musicus est sortes. hoc sic dz pfici: oẽ qd est sortes ẽ albũ:
musicus est sortes. igit ⁊c̃. Ille aũt q sic pfici non põt: est
inutilis. Et h vr de intentione Phi p ꝑoꝝ in illo cap. quo
aũt reducem⁹. vbi inter alias cãs deceptionis qb⁹ putatur
aliq̃ arᵒ esse sylls ⁊ nõ est: assignat vnã: videlz põnẽ siles
terminoꝝ. Et dat extrema de syllo cui⁹ mediũ est singu
lare ⁊ h aliqd. vnũ exẽplũ est. Aristomenes itelligibilis
semꝑ est. Aristo. est Aristo. itelligibilis: igit Aristo. semꝑ
est. Aliud exẽplũ. Michalus musicus corrũpet cras: Mi
chalus est Michalus musicus: igit Michalus corrũpet
cras. Et dicit Phs hos nõ eẽ syllos: qr maior nõ est vl'is:
sz oporteret sumere: oẽ qd est aristomenes ⁊c̃. q̃ falsa est.
⁊ in alio: oẽ qd est Michalus ⁊c̃. q̃ falsa est. nec tñ de exẽ
plis curãdũ ẽ: sed ꝯsiderãda eius itẽtio: q̃ est: ꝙ ois sylls
bonus reducit ad pfectos syllos pme: ⁊ regulat p illa pn
cipia: ⁊ p ꝯns ille sylls q sic regulari nõ põt inutilis est: ta
les aũt sunt sylli dicti. Nã hec est falsa. oẽ qd est hic pa

Ad 3m

ter ⁊c̃. ⁊ hec solo mihi plus placet. ¶ Ad 3m dico ꝙ ma
ior est vera in his q̃ sic sũt vna res ꝙ vnũ eoꝝ nõ est ali
qua plura q̃ aliud nõ sit. Si vo aliqd eorũ sit aliq̃ plura:
reliquũ aũt nõ sit illa plura: nõ est incõueniẽs aliquid p
priũ vni illoꝝ pliuz cõpetere vni illoꝝ ⁊ nõ alteri: ⁊ quã
tũ ad talia ppõ nõ est vera: q̃uis aũt psona pris ⁊ eẽntia
sint vna res indistincta: essentia tñ est plẽs psone ⁊ perso
na nõ est ille psone plures: quapropter nõ est icõueniẽs
aliquid ꝓpriũ vni psone: puta gñare cõpetere patri ⁊ nõ
eẽntie: sicut ⁊ plures psonas cõpetere eẽntie: ⁊ nõ psone

Ad 4m

patris. ¶ Ad 4m rñdet negando añs: qa qñ aliqd deter
minabile sumptũ cũ aliq̃ determinatiõe pdicat de aliq̃:
reqrit ꝙ determinatio vere pdicet de determinabili: et
ꝙ tã determinatio q̃ determinabile pdicet de pncipali
subto. Sicut ad vitatez istius. sortes est hõ albus: reqrit
vitas istaꝝ triũ. sortes est hõ: sortes est alb⁹: hõ est alb⁹.
Et qr hec est falsa. eẽntia est gnãns: si ly gnãns. sumat p
ticipialr ⁊ pure adiectiue: iõ hec est falsa. eẽntia est pr ge
nerãs. ¶ Ista solo deficit. p qdẽ: qa negat illud añs: cum
tñ ipm in fili affirmet cõciliũ in pallegato. c. dãnam⁹: lo
quẽs de illa re cõi que est pater ⁊ fi. ⁊. s. s. s. eẽntia dina di.
Et sic eadẽ res est pr ⁊ fi. ⁊. s. s. ab vtroqz ꝓcedẽs. eadẽ rõ
ne dõm est ꝙ ipsa eẽntia ẽ fili⁹ a pre ꝓcedẽs vl' nascens
seu natus: ⁊ ꝙ ipsa est pr gnãns filiũ. ⁊ nec dubiũ ꝙ in p
dicto ꝯcilio seu dicto ꝯcilij ly ꝓcedẽs. stat pure adiectiue
⁊ pticipialr. Scdo deficit in rõne quã reddit. Nã de sor
te nigro vtiqz ꝯcedit ꝙ ipse est monachus albus: hec tñ
est falsa. sortes est alb⁹. ¶ Rñdeo igit negãdo ꝯnaz pᵒᵉ.
Ad pbõnẽ p dcm̃ Phi dico ꝙ Phs ad efficaciã illi⁹ ꝯne
nõ solũ ponit illã ꝯditionẽ q̃ in arᵒ dicta est: sz ⁊ quãdaz
aliã addit. s. si fm se pdicet ⁊ nõ fm accñs. i. simplr ⁊ nõ
cũ aliq̃ addito vel determinatione qõlz istoꝝ pdicet de
subto illo. Nũc aũt nõ sic est in ꝓposito: qa hic gnãns nõ
pdicat fz se de eẽntia si pticipialr ⁊ adiectiue tñ sumat
sic opz si 2ª ꝯna debeat valẽ. ¶ Ad 2m pbõnẽ ꝯcedo pᵒᵉ
ꝯnaz ⁊ nego 2m. Et ad ꝓbõnẽ dico ꝙ illa regula tũc hẽt
tñ vl'r vitatẽ qñ illud superi⁹ vl'r predicat de illo iferio
ri ⁊ de oi de quo illud iferi⁹ pdicat. ita ꝙ nõ solũ pdicat
de illo iferiori distributo ꝓ oibus suis p se suppositis: sz

etiã pro oibus de qb⁹ ipm dr: sic ꝙ talis ꝓpõ vl'is possit
esse maior in syllo pfecte regulato per dici de oi. Et h pz
qa talis regula tz p mediũ itrisecũ ⁊ pbat p syllm: cuius
maior est quedã vl'is: cui⁹ subm est pdicatũ añtis: ⁊ pdi
catũ est pdicatũ ꝯñtis. vbi gfa hic sortes est albus. g sor
tes est coloratus. pbat sic. oẽ albũ est coloratũ: sortes est
albus. igit sortes est coloratus: ⁊ silr est de alijs. Nũc aũt
in ꝓposito ly gnãns. nõ est talr supius ad h gnãns. Naz
hec est falsa. oẽ qd est h gnãns est gnãns: iõ ꝯñtia illa nõ

Ad 5m

valet. ¶ Ad 5m cũ dr. eẽntia est pr filij. dõm ꝙ ly pr. põt
duplr accipi: vt ifra inuit Magr. d. 37. vno mõ vt signat
hypostasiz q̃ hz filiũ. Alio mõ vt signat notionẽ seu ꝓpe
tatẽ. s. gñare filiũ. Et pᵒ mõ vt dicũt aliq tenet substãtiue.
2º vo mõ adiectiue tñ. Si pᵒ mõ accipiat ꝯcedo ꝓpõnẽ:
est enl eẽntia psona illa q̃ vtiqz hz filiũ: ⁊ h est eẽ prez fi
lij termio sic sũpto: ⁊ tũc nego ꝯnaz. ¶ Ad ꝓbõnẽ cũ dr:
iõ pr qa genuit. Et vltra cũ addit: iõ fili⁹ qa genitus ⁊c̃.
dõm ꝙ in oibus illis accipit pr ⁊ fili⁹ adiectiue: qdlibet
enl de quo pr vt est adiectiuũ vificat signatiue genuit.
Et silr dõz est de h termino fili⁹. Nõ opz aũt ꝙ oẽ id ge
nuerit de q̃ dr pr pᵒ mõ sũptũ. cũ vo vltra arguit. si eẽntia
est pr filij fili⁹ ẽ fili⁹ eẽntie. Dico ꝙ hec ꝯna nõ valet: nisi
pr in añte teneat adiectiue: qd negatũ est. Si enl teneat
substãtiue nõ valet ꝯna: qd pz. Nã idẽ est dictu essentia
est pr filij in h sensu: ⁊ dicẽ eẽntia est hypostasis: q̃ hz fi
liũ: igit fili⁹ ẽ fili⁹ eẽntie. Nõ seqt: sz si aliqd debeat seq
seqt hec. g fili⁹ est fili⁹ hypostasis: q̃ est eẽntia: sz id nihil
est ꝯ ꝓpoᵐ. Si vo ly pr. in añte sumat adiectiue: sic nego
illd. ¶ Et cũ pbat. dico hãc eẽ verã. pr filij ẽ eẽntia: igit
p ꝯuersionẽ eẽntia est pr filij. dico ꝙ in pᵒ aut ly pr. tenet
nõ adiectiue: sz poti⁹ substãtiue: ⁊ tũc eodẽ mõ dz teneri
in alia in q̃ pdicat: ⁊ tũc nihil ꝯ nos: vt pus patuit. Aut te
net adiectiue: ⁊ tũc põt dici vt dicũt aliq ꝙ oro est incõ
grua: cũ adiectiuũ adiectiue sũptũ p se nõ possit eẽ subz:
nisi itelligat ei⁹ substãtiuũ cui adiacet: ⁊ tũc h est sic sup
plẽda: si va sit ⁊ itelligibilis. is q est pr filij est essentia: ⁊
tũc ꝯuertet in hãc. eẽntia est is q est pr filij. Ex hac autẽ
nõ sequit. eẽntia gñat: vt satis pz ex dictis. ¶ Ad 6m ne

Ad 6m

go ꝯnaz. Ad pᵒᵉ ꝓbõnẽ dico ꝙ illa idefinita non ꝯuertit
in istã singularẽ: sz in istã pticularẽ aliqd qd est essentia
diuina est gnãns nisi sumeret hec loco pme tãq̃ equiua
lens sibi: alias nõ eẽt ꝓprie pticularis. vñ sciẽdũ ꝙ sicut
nulla alia ꝓpõ in qua subycit termin⁹ cõis est pticulari
ꝓpe loquẽdo: vel vl'is: nisi p signũ vle vel pticulare subz
denotet stare pro aliq̃: si sit singnlaris numeri: vl' aliqui
bus si sit pluralis: vel si sit vl'is pro oibus sil' ad que illd
est cõe: sic nec aliq̃ in q̃ subycit eẽntia diuina vel diuini
tas est ꝓprie pticularis vel vl'is: nisi per aliqd signũ vle
vel pticulare denotet stare subz reᵐ eoꝝ qb⁹ cõis existit.
¶ Cũ igit eẽntia dina nõ sit cõis plib⁹ essentijs diuinis:
lz sit cõis plib⁹ q̃ sũt eẽntia dina: nec ista erit pticularis
aliq̃ eẽntia dina est gnãns: imo nec ꝓpa aut itelligibilis
nõ plus q̃ ista: aliqs sor. currit: nisi forte ponat vice isti⁹
signi vocal. aliqd qd est eẽntia dina est gnãns. Nec etiaz
hec erat vl'is. nulla eẽntia dina ẽ gnãns: sic nec hui⁹. nll's
sor. currit: si sortes sit nomẽ ꝓpriũ vni⁹ tñ. ¶ Per h pz
ad aliã pbõnẽ ꝙ cũ ista. nulla eẽntia dina ⁊c̃. nõ sit vl'is
nõ ꝯuerteret in illã. nullã gnãns ⁊c̃. nõ plus q̃ ista singu
laris. eẽntia dina nõ est gnãns: sz si debeat sumi vl'is ꝓpe
sumet hec. nullũ qd est eẽntia dina ⁊c̃. Sz pz ꝙ tũc non
sumit oppᵐ ꝯñtis: ⁊ p ꝯns nõ ꝓbat ꝯna illa p modũ istũ:
ꝓbaret aũt illa q̃ iferret h ꝯns. aliqd qd est eẽntia dina
est gnãns: ⁊ illd ꝯcedo. ¶ Per pdicta pt rñderi ad mlta
argu⁹ que fiũt tã syllogistice q̃ entymematice ꝯ vitates
mãe pntis. Syllogistice sic. nulla essentia diuina gñat: pr
gñat:

gñat:igit pr̃ nõ est eẽntia diuina:⁊ alr̃ sumẽdo.nulla eẽntia diuina gñat.pr̃ est eẽntia diuina:igit pr̃ nõ gñat. Nã maior nõ est vlis.Et si debeat fieri oportebit dici:nullũ qd̃ gñat est eẽntia:⁊ meli⁹ sic:nullũ qd̃ est eẽntia diuina gñat:que vtiqȝ est falsa.Entymematice sic.ois eẽntia diuina est igenita:igit tm̃ igenitũ ẽ eẽntia diuina.p illã regulã.Ab vli ad exclusiuã de terminis trãspositis ⁊c̃. Pȝ q̃ nõ valet:qꝛ illa p̃ᵃ ẽ vlis iproprie:sȝ hec.oẽ qd̃ ẽ eẽntia diuina ẽ igenitũ:q̃ est falsa:cũ fili⁹ nõ sit igenitũ.Ex his põt scire studiosus qd̃ in alijs sit dõȝ.

Ad 7ᵐ ℂ Ad aliã dico.q̃ vtiqȝ aliq̃ res gñat filiũ.s.hypostasis p̃ᵃ seu p̃sona q̃ ẽ pr̃:⁊ illa vtiqȝ res.s.p̃sona est eẽntia:⁊ p̃ ɔñs res q̃ est eẽntia gñat filiũ:⁊ hãc ɔcedo:si hec res supponat p̃ hypostasi. Et cũ vlteri⁹ iferẽ:igit eẽntia gñat filiũ:nego ɔñtiã. Nõ eni seq̃t p̃sona q̃ ẽ eẽntia gñat filiũ:igit eẽntia gñat filiũ:sic nõ seq̃t.p̃sona q̃ ẽ eẽntia nõ ẽ fili⁹:igit eẽntia nõ ẽ filius.Añs.n.est verũ:si p̃sona supponat p̃ p̃sona pr̃is:⁊ tñ ɔñs est falsuȝ.

nes q̄tuor elītop. Ita q̄ ex hoc diuersanť forme genera biliū. hoc ipse. ¶ Ad aliā auctoritatē dōm q̄ verum est q̄ qdlibet p̄dicamentuz hēt talia p̄pa p̄ncipia: nō tñ illa sunt p̄prie res illius generis: lʒ sint p̄pria p̄ncipia illius generis: aliqd enim est vnius gn̄is: ⁊ tñ est mā ⁊ p̄n^m materiale p̄prium alterius gn̄is: sicut aliqd qd est vnius generis est mouens p̄priū alterius generis: nec opʒ in quolibet gn̄e dare p̄priū mouēs illius: qd sit res illius gn̄is: ⁊ tñ sicut p̄hs dicit opʒ dare in quolʒ gn̄e ista tria p̄ncipia p̄pria. s. forma p̄uatio ⁊ subiectū siue mā: ita imediate dicit q̄ opʒ dare p̄priū mouēs. Et exēplificat stati. vn̄ mouēs in gn̄e sanitatis est medicina vt dicit. Et in mēte artificis in factione dom^9 ars edificatiua: ⁊ tñ nō in quolibet gn̄e p̄prium mouēs est res illius gn̄is. verbi gr̄a. in gn̄e quātitatis: cū quātitas nō sit forma actiua s̄m Commētatorē: ⁊ sic in multis alijs: ⁊ sil'r est de p̄ncipio mālí. Nā eē p̄priā mām alicuius gn̄is nō est aliō q̄ʒ esse māʒ p̄pinquā ad formā illius gn̄is: sicut esse mouens p̄priuʒ alicuius generis nō est aliud q̄ʒ esse mouēs aptum natū determinate inducere formā illius generis. ¶ Cuʒ hoc aūt stat q̄ talis mā sit res alterius gn̄is: ⁊ simil'r mouēs. ⁊ q̄ nō aliud intendat p̄hs aut Cōmen. pʒ: q̄a statiʒ exēplificās de huiꝰ p̄ncipijs subdit. vbi gr̄a. q̄ p̄ncipia colorū s̄m formā ⁊ p̄uationē sunt albū ⁊ nigrū: s̄m aūt māʒ recipientē est superficies que est in potentia ad oēs colores. Certum est aūt q̄ superficies quā dicit esse materiā coloris alterius generis est a genere coloris. Et sequitur imediate: ⁊ p̄n^a noctis ⁊ diei s̄m formā ⁊ priuationē sunt lux ⁊ obscuritas: ⁊ s̄m mām recipientē est aer qui est potentia luminosus. Patet autē q̄ aer est sub̄a q̄dam. dʒ tñ mā p̄pria lucis: q̄a est dispositus dispōne p̄pinqua ad lucē: nec aliud voluit ibi p̄hs ⁊ Cōmēta. nisi q̄ gn̄atio cuiuslibet forme sit determinata in p̄pria mā ⁊ a determinato ⁊ p̄prio agente: ⁊ nō in q̄libet sine q̄litercūq̄ disposita mā: nec a q̄libet fit qdlibet: sʒ de?minatū a determinato. ¶ Auctoritas āq̄ʒ Auic. nō est ad p̄positū s̄m itentionē in qua loquiť. vult eni Auic. q̄ in quolibet p̄dicamento fit exitus ad actū ex sua potētia. i. s̄m qdlibet predicamētū aliqd est in actu qd p̄us fuit in potētia. ¶ Ad primā rōnem cū dʒ q̄ omne diffinibile est cōpositū. dōʒ q̄ illa maior nō est vera vniu'r de qualibet diffinitione diffinibilis: sed de diffinibili diffinitione simpl'r ⁊ p̄prie dicta cōcedi pōt. q̄ in hoc sensu loquiť p̄hs ⁊ Cōmēta. ⁊ in eo sensu minor sumpta falsa est: vt pʒ 7° meta. Nam vt ibi habeť accidētia diffiniunť tñ per additamenta: ⁊ nō diffōne simpl'r ⁊ p̄prie dicta. Et ad p̄bationē diciť: q̄ nō quelʒ dr̄ia sufficit cū gn̄e ad diffinitionē p̄prie dictā. Sed requiriť dr̄ia eētialis exprimēs determinatā partē essentialē rei: ⁊ couertibilis cū diffinito. talē aūt dr̄iaʒ accidentia nō hn̄t: vt pʒ. ¶ Ad illud aūt qd cōtra h̄ additur. s. q̄ ideo diffiniunť per extrinseca solū: q̄ꝛ dependent a subiecto. Dōm q̄ hoc est falsuʒ: q̄ꝛ si p̄pter depēdētiaʒ ab extrinseco: ideo p̄ extrinsecū diffiniunť: sequiť q̄ etiā sub̄a cōposita diffiniref per extrinsecū: cuʒ quelʒ plus dependeat a deo in esse q̄ʒ aliqd accidēs a subiecto. ¶ Ad aliud qd ad idē iduciť. s. q̄ hoc est: q̄ꝛ coruʒ dr̄ie essentiales sūt ignote a nobis. dicēdū q̄ hoc nō est verū: q̄a multarū sub̄arū cōpositaꝝ dr̄ie sūt nobis ignote: ⁊ tñ ɔcediť q̄ quelibet species sub̄e cōposite est diffinibilis. nō ḡ hoc est in compatione ad nos: sed ex nā sui sit q̄ est diffinibilis: ⁊ ex nā accn̄tis q̄ tali diffinitiōe diffiniri nō possit. cū huiꝰ dr̄iaʒ nō possit habere. ¶ P̄. Si accidētia haberēt tales dr̄ias nō magis eēnt nobis ignote q̄ʒ differentie substantiarū: cum per accidentia deueniamus in notitiā sub̄e: ⁊ per ɔsequēs nō plus diceret p̄hs accn̄tia non diffiniri diffinitione p̄prie dicta vel simpl'r: sed tñ per additamēta: q̄ hoc dicat de substantijs compositis. ¶ Ad scdam rōnem dōm q̄ forme accidētales sunt simplices. Et cū p̄bať q̄ nō: q̄ꝛ omnis mutatio p̄ se vna ⁊c. dōm q̄ terminus mutationis pōt accipi dupl'r. vno mō pro termino formali ad quē trāsmutatur subiectū: sicut dicimus q̄ subiectum q̄ꝺ dealbatur mutať ad albedinē: ⁊ materia ad formā substantialē in generatione substantiali. Alio modo pōt accipi: q̄ꝛuis minus p̄prie pro cōposito ex subiecto ⁊ termino formali: sicut cōpositū substātiale potest dici terminus transmutationis substātialis. tūc dōm q̄ sic sumendo in primo sensu terminuʒ maior est vera. in scdo vō sensu falsa est: q̄a nullius mutationis nisi substātialis terminus sic sumptus est quid vnū per se. ¶ Ad aliā p̄bationē neganda est ɔn̄tia: alioquin sequeť q̄ mā esset simpl'r p̄fectior q̄ʒ substantia cōposita: qd est falsum. ¶ Ad 3^m dōm q̄ susceptiuū talis motus est mā de genere substātie: vt in scdo patebit in qōne de dimensionibus. Et cū addiť q̄ potētia receptiua rei est de gn̄e illius rei s̄m Cōmentatorē. Dōm q̄ Cōmen. nō dicit q̄ potentia receptiua rei sič mā que recipit formā: sit de genere illius forme quā recipit: ad quē itellectū sumiť nūc auctoritas eius. Sed ait sic: receptio est potētia ad rem: ⁊ iam diximus q̄ potentia ad aliquaʒ rem est de genere illius rei. accipit ḡ potentiā s̄m q̄ ibi premisit: q̄ potentia ad rem est de genere illius rei. Sed tūc nō accipit potentiā p̄ potētia ⁊ p̄ncipio mālí passiuo ⁊ receptiuo. Sed sicut distinguimus aliquā vnā rē s̄m esse in actu ⁊ in potētia. vbi gr̄a. calor in po^a ⁊ calor in actu. Sicut autē dicimus q̄ calor in actu est de genere qualitatis: sic aliq̄ mō dicit Cōmen. posse dici q̄ calor in potentia est de genere q̄litatis. Et ex hoc ɔcludit q̄ mlto magis id qd ē mediū inter hanc potētiā ⁊ actū: ⁊ q̄si via de potentia ad actuʒ. vbi gr̄a. calor qui est partim in actu ⁊ partim in potentia est de gn̄e illi^9 rei: ac p̄ hoc motus: ḡ hoc mō pōt dici via media iter potētiā ⁊ actū iter potētiā purā ⁊ actū cōpletū est de gn̄e actus cōpleti: ⁊ hoc vult dicē q̄ꝺ ait ibideʒ sic. Et videť q̄ si potētia ad vnūqdq̄ p̄dicamētuʒ est in illo genere p̄dicamēti qd est in actu: ⁊ simil'r via de potētia ad actū. s. si potētia ad sub̄aʒ quoquo mō est in p̄dicamento sub̄e: ⁊ sil'r via ad gn̄ationē sub̄e: ⁊ sil'r potētia ad quātū ⁊ ad alia p̄dicamēta visum est q̄ illud esse qd est iter potentiā ⁊ actū in illo genere sit sub illo genere: q̄ꝛ oē esse mediū inter potentiā ⁊ actū: que sunt in illo gn̄e: necessario est de genere actus qui est cōpletus. Sed dr̄nt s̄m magis ⁊ minus. ire enim ad caloreʒ est calor quoquo mō ⁊ simil'r ire ad frigus. Et s̄m hūc modū verū est dr̄e q̄ motus est in gn̄e in quo est illud ad qd est motus. hec Cōmē. In q̄bus verbis pʒ q̄ ipse sumit potētiā ⁊ mediū inter potentiā ⁊ actū modo qui dictus est: ⁊ potentiā sic sumptā vocat Cōmen. receptionē. ¶ Alij sunt qui cōcordāt cū opīone premissa in hoc q̄ quelʒ res ex̄ñs per se in gn̄e est cōposita aliquo mō ex nā rei. Sʒ discordāt i mō ponēdi. vn̄ dicūt q̄ in aliq̄bus creaturis genus ⁊ dr̄ia accipiť ab alia ⁊ alia re: sic ponēdo plēs formas i hoīe: aial accipiť a sensitiua: ⁊ rōnale ab itellectiua: ⁊ tūc illa res a qua accipiť gen^9 vere est potētialis et p̄fectibilis ab illa re a qua accipiť dr̄ia. aliq̄ꝺ vō q̄ꝺ ibi nō sunt plures res: sic in accidētibus saltē in vna re est aliq̄ p̄pria realitas a q̄ sumiť gen^9: ⁊ alia realitas a q̄ sumiť dr̄ia: respectu cuius alia est potētialis ⁊ perfectibilis per eā. Qz autē in q̄libet re sint due tales res vel realitates a quibus sumantur genus ⁊ dr̄ia. ipsi p̄bant auctoritate Aristo. dicētis 8° meta. opʒ rōnē. i. diffinitionē esse orōnē lōgā que significat aliqd de aliq̄: ita q̄ opʒ illō esse mām: illō vō formā.

¶ Probať.

Marginalia (left column): 12° met. Cō. 22. — t. c. 22 12. met. — Ad p^m rationē. — 7° met. T. c. 33.

Marginalia (right column): Ad 2^m rationē. — 5 ph. c. 9 — Sco. li. p. dis. 8. q. 3. — T. c. 15.

¶ Probat̄ etiā rōne: q̄ si illa realitas a q̄ accipit̄ genus esset vere tota q̄ditas rei: solū genus cōplete diffiniret genus ēt ⁊ dr̄ia nō diffinirēt: qm̄ rō ex eis nō indicaret primo idē diffinito: vnaqueq̄ꝫ eni res est solū ipsa. Et iō illa rō que bis exprimeret eā nō indicaret primo idē q̄ditati illius rei. ¶ Itē alibi arguūt ad idē: q̄ realitas a q̄ sumit̄ genus est p̄n^m potētiale realis ꝯuenientie cū alia specie: et realitas a qua sumit̄ dr̄ia est p̄n^m realis dr̄ie: sed non est possibile eandē realitatē esse p̄n^m realis ꝯuenientie ⁊ realis dr̄ie aliquoꝝ adinuicē. ergo alia est realitas a qua sumit̄ genus: ⁊ alia a qua sumitur differentia. ¶ Itē alibi si nō essent due tales realitates: in diffinitione esset nugatio.

3^m In. q. rei porta. lib. p̄. d. 8. q. 3

4^m In. 2. di. 3. q. 6.

Contra Scotum vbi supra.

¶ Hec opinio falsa est tam quantū ad illud qd̄ dicit de gn̄e sub̄e ꝙ̄ ad id qd̄ dicit de accidentibus. Naꝫ siue sint plures forme subāles in sub̄a vna cōposita: siue vna tm̄: falsum est ꝙ genus significet partem: vt volunt. Aliogn non plus predicaret̄ de specie in quid: ꝙ̄ dr̄ia: qd̄ est falsum. ¶ Itē si significaret partē: vel sumeret̄ a parte speciei. vbi grā. aīal ab anima sensitiua: ⁊ rōnale ab itellectiua vt dicunt: nihilominus res illa a qua sumit̄ genus nō esset potētialis ad rem a qua sumit̄ differētia: nec perfectibilis per eam: vt dicunt: qꝛ nulla forma substātialis est perfectibilis per aliā formā subālē: sed quelibet: etiā si plures essent simul in eodē: imediate perficit mā̄: sic patebit in scdō de omni forme materiali. ¶ Scdō deficit in eo qd̄ dicit de accn̄tibus. Nam aut volunt ꝙ realitas generis ⁊ realitas dr̄ie non sit aliqua res simplr̄: sed precise ꝯstituūt vnā rem cōpositam: sicut materia ⁊ forma vnā substantiā cōpositā: ⁊ tunc nō minus est in accidentibus res ⁊ res ⁊ cōpositio rei ⁊ rei: ꝙ̄ in sub̄a: nisi ad placitū velint cōponētia accidētis vocare realitates: ⁊ cōponentia substantie res: vel volunt ꝙ iꝫ sint diuerse realitates: sunt tamē vna res simplex per identitateꝫ: ita ꝙ inter ipsas sit distinctio formalis ⁊ vnitas realis: siue qd̄ idem est dictu: ipse sint distincte formalitates ⁊ vna res ad sensum datum in q̄ōne p̄ma huius. d. ¶ Et tūc quero de formalitate vna: an sit eadeꝫ aliquo modo ex natura rei illi rei cōi vel nō: si nō. ergo nō est vna res cum alia formalitate. si sic: cū illa formalitas aliquo modo distinguatur ab ea: ⁊ per te nō est possibile vt eodē primo aliqd cōueniat cū aliquo ⁊ distiguat̄ ab eo: oportebit dare formalitatē in formalitate in infinitū: vt in preallegatis q̄stionibus deducebat̄. ¶ P̄. Isti idem alibi expresse contradicunt tam cōclusioni: quā hic posuūt de cōpositione forme accidentalis: ꝙ̄ etiā fundamēto eius. s. ꝙ in tali forma sit alia realitas vel ratio a qua sumit̄ genus: et alia a qua sumitur dr̄ia. Nā in reportatis Parisien. li. p̄. dis. 33. q. 2. volētes ostēdere aliq̄ esse eadē simplr̄: ⁊ tn̄ nō adeq̄te aiunt sic. Nisi etiā multa essent eadē simplr̄ que nō sunt adequata eidē: sequit̄ ꝙ forma accidētalis: vt albedo eēt cōposita realr̄. Nā si ratio cōloris a qua sumit̄ ratio gn̄is esset alia realitas ab illa a qua accipit̄ rō differentie specifice albedinis: tūc albedo esset cōposita ex duabus realitatib⁹: qd̄ negat̄ cōiter: Sunt ergo vna realitas hec duo in albedine: ⁊ tn̄ neutruꝫ adequate est realitas albedinis p se: qꝛ tūc vnū vel alterū supflueret. hec ipse. quo modo aūt in his verbis dicant ꝯtradictoria vtriusq̄ꝫ qd̄ ꝓposui nō opꝫ declarare: sed soluꝫ legere sufficit. ¶ Ad rationes eius dicendū. ¶ Ad primā quidē p̄mo ꝙ illa auctoritas nō est vlr̄ ad ꝓpositū suū: cum diffinitio (vt de ipa ibidem loquitur Phs per eundē ibidē) sit tm̄ substātie cōposite: ⁊ per ꝯn̄s per illā auctoritatē nō ꝓbaret̄ aliqua cōpositio in accn̄tibus: neq̄ꝫ in simplicibus substantijs. ¶ 2° dico ꝙ nō est estimandū ꝙ genus positum in diffinitionib⁹ substantiaꝝ cōpositaꝝ significet mām aut p̄tē

In. q. reporta. lib. p̄. dis. 33. q. 2.

Ad rōnē Scoti. 8° meta. T. cō. 15.

aliquā sub̄e: vt isti putāt. sicut aliqualr̄ post magis declarabit̄ ⁊ amplius in 3° ⁊ pro nūc sufficit ratio supra data. s. q̄ genus predicat̄ in quid ⁊ in recto noīe p̄ncipali. Et iō dōm ꝙ genus non significat tm̄ partē: sed totū: nec Phs dicit oppositū vbi allegat̄ sed ait: ꝙ hoc quideꝫ diffōnis oportet esse vt mām: id vō vt formā: ⁊ hoc est veruꝫ: qm̄ lꝫ gen⁹ nō sit mā: nec solā mām significet: est tn̄ vt mā. i. simile mā̄e. qd̄ qualr̄ sit intelligendū patebit in rn̄dēdo ad rōnes factas in p̄ncipio q̄ōnis. ¶ Ad rōnē aūt que inducit̄ ꝯtra hoc. s. q̄ si genus significet totā q̄ditatem rei solum genus cōplete diffiniret: negāda est ꝯn̄tia. Nā ad diffiniendū nō sufficit qualr̄cūq̄ꝫ significare totā eēntiā diffiniti: sꝫ opꝫ significare explicite oīa p̄ncipia itrinseca essentialia diffiniri. vnde p̄mo phy̆si. dicit̄ ꝙ diffinitio diuidit in singula: genus aūt ⁊ si significet totā subām compositā: nō tn̄ exprimit explicite quālibet eius partē essentialem. ¶ Item qd̄ adducitur ꝙ genus ⁊ dr̄ia nō diffinirent: q̄ non significarent p̄mo idē q̄ditati illius rei: falsū est. Nam lꝫ genus significet totū qd̄ significat diffinitio: nō tn̄ eodē modo vt dictum est: q̄ ipsuꝫ iplicite partes: diffinitio vō significat explicite ⁊ distincte. ¶ Item genus nō solū significat illā q̄ditatē quā significat diffinitio: sed ⁊ plures alias: genus ergo significat p̄mo (Exponendo ly p̄mo negatiue) totā q̄ditatē implicite: ⁊ tota diffinitio eandem significat explicite: ⁊ hoc non est incōueniēs. Item diffinitio predicatur cōuertibilr̄ de diffinito: non sic aūt genus. ¶ Ad aliud dōm ꝙ non est inconueniens ꝙ per idē aliquid ꝯueniat cū aliquo vno mō ⁊ realr̄ differat alio mō sicut patebit in 3° vbi tractabit̄ de vnitate specifica. ¶ Ad aliud de nugatione dōm ꝙ in diffinitione nō est nugatio: ꝙ̄uis dr̄ia aliquid explicite significet: qd̄ ꝓ gen⁹ significat̄ iplicite: q̄ neutruꝫ ponit̄ in diffinitione alteri⁹: ⁊ iō si ponant̄ rōnes pro noīb⁹ nō dicet̄ idē nomē bis: qd̄ tn̄ requirit̄ ad nugationeꝫ. ¶ Alij dixerūt ꝙ deo repugnat ꝓꝓ suā simplicitatē etiā eē in gn̄e: eo ꝙ oē qd̄ est in gn̄e est cōpositū ex eē ⁊ essentia: q̄ vt dicunt: oīa que sūt in gn̄e vno cōicant in q̄ditate vel eēntia gn̄is qd̄ p̄dicat̄ de eis in eo qd̄ qd. Differunt aūt s̄m esse. Nō enim est idē esse hominis: ⁊ equi ⁊ nāc huius hominis et illius hominis: ⁊ sic opꝫ ꝙ quecūq̄ꝫ sunt in gn̄e differat in eis eēntia: ⁊ qd̄ qd est. i. eē ⁊ eēntia: in deo aūt nō differunt. quare ⁊c̄. ¶ Hec opinio nō est vera: tuꝫ q̄ talis distinctio eēntie ab esse nō est in aliqua re creata vel icreata: vt alias poterit patere. Tum q̄ esto ꝙ esset. cōstat tn̄ ꝙ ipsa essentia rei nō est cōposita ex eē ⁊ eēntia: alias in vna re essent ifinite essentie vel ifinita esse: vel dabitur essentia nō cōposita ex esse ⁊ eēntia: sed s̄m istos essentia ipsa est per se ⁊ directe in p̄dicamento: ⁊ per suam quiditatē ⁊ eēntiā precise reponit̄ res in p̄dicamento ⁊ in gn̄e ⁊ in specie. ipm̄ aūt esse est s̄m ipsos in gn̄e per reductionē tm̄: ergo nō oē qd̄ est per se in p̄dicamēto est cōpositū ex eē ⁊ essentia. ¶ P̄. s̄m eosdē accn̄tia nō hn̄t ꝓpriuꝫ esse aliud ab esse sub̄e: ⁊ tn̄ accn̄tia sūt in p̄dicamēto: nec pōt dici ꝙ cōpositū ex eēntia que est accn̄s ⁊ esse: sit per se in p̄dicamēto: q̄ vt dictū est: accn̄s nō hꝫ ꝓpriū esse: sꝫ existit per esse sub̄e s̄m eos: sed tale esse vt dicunt nō est de gn̄e accidētis: sed ꝑ reductionē est in gn̄e sub̄e: ⁊ per ꝯn̄s cōpositū vel aggregatū ex ipso ⁊ accidēte nō esset per se in gn̄e accidētis. ¶ Ad rōnes eoꝝ dōꝫ q̄dē ꝙ nō est veꝝ ꝙ oē ex̄ns in gn̄e est cōpositū ex eē ⁊ eēntia. ¶ Ad ꝓbationē dōm ꝙ si intelligat̄ per esse aliquā entitatē distinctā ab entitate que est eēntia: cū nulla talis sit s̄ꝫ veritatem: nulla que sunt in gn̄e differūt s̄m esse. i. hn̄t diuersa esse: neq̄ꝫ hn̄t idē esse. Si vō ꝑ esse intelligāt idipsuꝫ qd̄ ꝑ eēntiā. dōm ꝙ sic ꝯueniūt in eēntia vel q̄ditate: vl non

8° meta. T. cō. 15.

Ad 2^m

T. c. 5.

Ad 3^m

Ad 4^m

Thomas pte p°. q. 3. arti. 5.

Contra Tho.

Ad rōes Thome

cōueniūt. sic ꝯueniūt vel nō ꝯueniunt in esse ⁊ eꝫ. ¶ Ad aliā rōnē dōm ꝙ maior est falsa: ⁊ similr̄ probatio eius. Nam genus nō sumit̄ ab aliquo qđ sit in potētia ad illđ a quo sumit̄ dr̄ia: cū genus nō significet partem: vt habitum est. ¶ R̄ndeo ḡ quātū ad hunc articulū ꝙ deo non repugnat rōne sue simplicitatis eē in genere: qđ ex dictis potest sic ꝓbari. Si eni repugnaret deo ⁊c̄. hoc esset: vel quia omne qđ est in genere est aliquo modo cōpositū cōpositione essentiali aliquoꝝ: quoꝝ vnū est potētia ⁊ reliquū eius actus realr̄ distinctus: aut vterqꝫ actus: et h̄ nō verū: cū multa talia sint per se in gn̄e: in quibus nō est talis cōpositio. vbi gr̄a. itelligētie abstracte ⁊ forme accidētales ⁊ spirituales: vt itellectio volitio ⁊ h̄ꝰ. ⁊ silr̄ multe corporales: vt supra ꝓbatū est. vel cōpositū cōpōne formalitatū nō rerū: vel cōpōne esse ⁊ essentie: ⁊ vtrūqꝫ est improbatū: nec appet aliqs alius modus cōpōnis ne c̄ius cuilibet existenti in genere: ergo nō ꝓpter sūmā dei simplicitatem necesse est negare deū esse in genere.

R̄nsio p̄ p̄a ad articulum.

2ᵘˢ arti.

Nunc secūdo videnduꝫ est generalr̄: an ex aliq̄ alio hoc sit negandū: Et ꝯueniunt pro maiori parte doctores in hoc dicētes: ꝙ deus non est in genere: qđ tn̄ diuersimode ꝓbat̄ ab eis. ¶ Quidā eni ꝓbant hoc p̄mo: q2 ois spēs ꝯstituit̄ ex gn̄e et dr̄ia. illud aūt a quo sumit̄ dr̄ia cōstituēs spēm se hēt ad illđ a quo sumit̄ genus: sicut actus ad potentiā. aīal eni sumit̄ a nā̄ sensitiua per modū cōcretionis: q2 homo dicit̄ aīal: qm̄ habet nām sensitiuā: rōnale vō a nā̄ itellectiua: q2 rationale est qđ hēt nām intellectiuā. Intellectiuū aūt se hēt ad sensitiuū: sicut actus ad potētiā. Et similr̄ est in alijs: sed in deo potētia nō cōiungit̄ actui: quare nō est in gn̄e.

Thōas vbi. s.

2ᵐ ¶ 2° q2 cū eē dei sit eius eēntia: si deus est in gn̄e oporteret ꝙ eius genus eēt ens. Nā genus significat rei eēntiā: cū ꝑdicet̄ in quid. sed ens nullius pōt esse genꝰ: vt pꝫ 2° metaphy. Aliā rōnē faciūt ad idē: sed illa tacta est supra.

3ᵐ ¶ Alij idē ꝓbāt 3° sic. oē qđ est in genere est aliqd determinatū s̄m ꝑfectionē: deus aūt est ifinitus in ꝑfectione. Maior ꝓbat̄: qm̄ s̄m Cōmenta. 2° meta. genus differt a mā̄: q2 mā̄ dicit purā potētiā: genus vō dicit formā mediā inter potentiā ⁊ actū: actus aūt receptus a potētia cōtrahit̄ ad determinatā ꝑfectionē.

Dn̄s Egi. p̄ meta. T. c. 17.

4ᵐ ¶ Alij sic 4° ex rōne necesse esse: ⁊ est vt dicūt rō Auic̄. 8. meta. si necesse eē hꝫ genus: ḡ intentio gn̄is vel erit ex se necesse esse: vel non. Si p̄mo mō tūc nō cessabit quousqꝫ sit ibi dr̄ia. hoc itelligo inquit sic. genus etiā includeret dr̄iaꝫ. Qm̄ sine illa nō est in actu vltimo: ⁊ necesse esse ex se est in actu vltio. Si aūt genus includit dr̄iaꝫ: tūc nō est genus. Si det̄ 2ᵐ mēbrū: sequitur ꝙ necesse esse erit ꝯstitutū ex eo qđ non est necesse esse.

Scotus cap. 4.

5ᵐ ¶ 5° idem ꝓbat̄ per auctoritatē Aug. 7° de tri. manifestū est deū abusiue subām vocari. ratio sua est: qm̄ suba substat accidentibus: qđ deo cōuenire nō potest: que ratio hēt euidentiā ex eo ꝙ ois suba: vt suba est genus: est limitata. ois aūt suba limitata subsistit aliquibus accidentibus.

cap. 5°

6ᵐ ¶ Alius doctor ad idē iducit duas rationes q̄uis dicat eas nō esse cogentes. Prima que est. s. in ordine. 6. est hec: si deus esset in genere: aliquid esset genus respectu dei ⁊ alioꝝ: ꝯn̄s est falsum: qm̄ vel illud eēt ens vel aliquid aliud: non ens: q2 omne genus separat illud cui est genus ab aliquo: ita ꝙ ip̄m est mediū ꝑ qđ aliqd negatū ab ip̄o vlr̄ neget̄ etiā a specie: vt pōt hr̄i ex 7° topicoꝝ: sed ens nō est tale cū ꝑdicet̄ de oībus: nec aliud ab ente pōt eē genꝰ deo ⁊ alicui alteri: qm̄ qcqd illđ eēt: oporteret ꝙ eēt cōe omni creature: q2 plus dn̄t ⁊ minꝰ cōueniunt deus ⁊ creatura quecūqꝫ q̄ꝫ alique creature inter se: genus aūt qđ ꝑdicat̄ de magis dn̄tibus: ꝑdicat̄ et de minus dn̄tibus: sed nullum genus est cōe oi creature

Ochaꝫ

quare ⁊c̄. ¶ Septimo sic. oīa que sunt in gn̄e hn̄t certaꝫ ꝓportionē s̄m perfectionē iter se: sed deus nullā proportionem ꝑfectionis hꝫ cū aliquo alio: cuꝫ qđlibet aliud excedat in infinitum. ḡ ⁊c̄.

7ᵐ

¶ Octauo ab alijs sic: genus est prius s̄m intellectū omni qđ ponit̄ in gn̄e: deo aūt nihil est prius: nec s̄m rem nec s̄m intellectū. ḡ ⁊c̄.

8ᵐ

¶ Huius opionis etiā fuit Ansel. ḡ mon. hāc cōclusionē ꝓbat sic. Cū ois suba tractet̄: aut est vl̄is que pluribus substātijs essentialr̄ cōis est: vt hoiem eē cōe est oībus hoībus: aut est indiuidua: que vlem essentiā cōeꝫ hꝫ cū alijs: quēadmodū singuli hoies cōe hn̄t cū singulis vt homines sint: quo quis sūmā nām in aliaꝝ subaꝝ tractatu ꝯtineri itelligit: que nec in pl̄es subas se diuidit: nec cuꝫ aliqua alia per essentiā cōicationē se colligit: quasi dicat. nullo modo. vn̄ in hoc cōsistit rō eiꝰ: omnis suba que est in gn̄e est vl̄is vel indiuidua: summa nā nec est vl̄is: qm̄ nō multiplicat̄ in pluribus: nec idiuidua: q2 cū nulla eēntialr̄ conuenit.

cap. 27.

¶ Huius quoqꝫ opionis vi fuisse Magr̄ i hac distinctione motus verbis beati Augustini 5° de tri. dicentis. Intelligamꝰ deū quātū possumus: sine quātitate magnū: sine q̄litate bonū: sine indigētia creatorē: sine situ ꝑsentē: sine habitu oia cōtinentē: sine loco vbiqꝫ totū: sine tēpore sempiternū: sine vlla sui mutatione mutabilia facientē: nihil patientē. hec Aug. Quibus vbis subdit Magr̄. Ecce si subtilr̄ intēdamus ex his atqꝫ ꝑdictis aperit̄ illa ꝑdicamēta artis dialectice dei nāe minime ꝯuenire: que nullis subiecta est accidentibus. vn̄ nec ꝓprie dr̄ suba: vt Aug. ostēdit in 7° de tri. ⁊ est supra inductū.

cap. p̄.

ca. vltio

¶ Ad hoc ēt posset iduci intētio Aug. 7° de tri. vbi ꝓbat diuinā essentiā neqꝫ genus esse neqꝫ spēm: esset aūt spēs si esset in genere: cū nō sint pl̄es diuine eēntie solo nūero differētes.

¶ Sed quantū mihi pro nūc apparet hec nō sufficiēter ꝓbāt ꝓpositū: nec cogūt presertim ꝑ efficaciā rōnis illđ esse tenēdū: nō plus: q2 imo minꝰ vt apparet: q̄ꝫ rationes alie ꝓbant oppᵐ. ideo ꝓbo ꝯclōnē oppositā. Et q2 aliqñ dicimus aliquā rē que nō est signū vl̄ ꝑdicabile alicuius predicamēti: esse in genere vel predicamēto: aliqñ etiaꝫ dicimꝰ ꝑdicabile aliqđ eē in ꝑdicamēto. iđ p̄mo ꝓbo ꝙ res iportata ꝑ hoc nomē deꝰ. vere est i ꝑdicamēto sube.

Opio ꝓpe de hoc ꝙ querit in p̄ arti.

¶ 2° ꝓbo ꝙ ꝑdicabilia q̄daꝫ vere ⁊ ꝓprie de deo dicta sunt in ꝑdicamēto. ¶ Primū ꝓbo sic: omne qđ ꝑdicat̄ vere in quid de ꝓnomine demōstrante rem aliquā ⁊ de ꝓnomine demr̄ante aliquā aliā rē specie distinctā ab illa: nec tn̄ sic ꝑdicat̄ de quolꝫ: est genus illiꝰ rei: ⁊ illa res est in genere illo: ⁊ ꝑ ꝯn̄s in ꝑdicamēto vbi est genꝰ illđ: sed hoc cōe spūs vere ꝑdicat̄ in quid de deo ⁊ de ꝓnoie demōstrante aliquā rē specie distinctā ab illa: ⁊ nō eodē mō ꝑdicat̄ de oībꝰ. ḡ ip̄m est genus illiꝰ rei: ⁊ ipsa est res huiꝰ gn̄is: ⁊ per ꝯn̄s de ꝑdicamento sube cuiꝰ ꝑdicamēti genꝰ est hoc cōe spūs. maior ꝓpō est nota ꝑ diffōnē gn̄is etiā strictissime sumēdo genus. Genus eni diffinit̄: qđ ꝑdicat̄ de pl̄ibus dn̄tibus specie in eo qđ quid siue in qd. ꝑdicari aūt in quid strictissime sumit̄: sicut accipit̄ i maiori. Dixi aūt ꝙ nō ꝑdicat̄ de oībus ꝓpter ens: qđ s̄m aliquos in quid predicat̄ de quolꝫ: nec tn̄ est genus. ¶ Patet etiā hec ꝓpō iductiue: q2 eni aīal ꝑdicat̄ in qd de pronoie demr̄ante rē que est hō: ⁊ de ꝓnoie demr̄ante reꝫ q̄ est leo: ⁊ sic de pl̄ibꝰ. iđ aīal est genus illaꝝ reꝝ: ⁊ ille dn̄r esse in gn̄e aīalis ⁊ in ꝑdicamēto sube: cuiꝰ ꝑdicamēti est genꝰ subalternū aīal: silr̄ q2 color ꝑdicat̄ in quid de ꝓnomine demr̄ante illā rē que est albedo: ac etiaꝫ demr̄ante reꝫ q̄ est nigredo: ⁊ sic etiā de pl̄ibus distinctis s̄m spēm: supposito gr̄a exēpli: tales qualitates specie distingui: iđ dr̄ genus illaꝝ reꝝ: ⁊ ille dicunt̄ esse in illo gn̄e ⁊ in ꝑdicamēto q̄litatis: cuiꝰ ipꝫ est genꝰ subalternū: ⁊ sic in oībꝰ

pz vlr discurrēti. ¶ Or siquis instaret in ꝓposito: eadez
rōne poterit quālz aliam rem negari esse in aliquo gn̄e.
⁊ ꝙ nullus angelus est in ṗdicamēto substātie: nec aliqs
color in ṗdicamēto qualitatis: nec vnq̄ ꝓbari poterit op
positū: eo ꝙ illa sit ꝓpa rō gn̄is: ⁊ illo mō tm̄ res ꝓprijs
sime dicunt̄ esse in gn̄e. minor ꝓbat̄. Nā ꝯstat ꝙ hoc no
cap. 4°
men spūs vere predicat̄ de deo. vñ Joā. deus ipsemet di
xit. deus spūs est: ⁊ per ꝯñs de ꝓnoīe demonstrante rem
illā pro qua in ista ꝓpōne supponit hoc nomē deus: pre
dicat̄ vere hoc ṗdicatū spūs: dicēdo. hoc est spūs: constat
aūt ꝙ etiā in qd. vnde īterroganti quid est hoc. bn̄ rn̄de
tur spūs. nō aūt si īterroget̄ quale est hoc. vel ſm aliqd
aliud ṗdicamētū. ¶ Itē cōstat ſm scripturas ⁊ ſm oēs:
ꝙ hoc nomē spūs ṗdicat̄ de ꝓnoīe demōstrāte aliā rem
specie a deo: vt de re quā vocamus angelū Gabrielē: ⁊ de
demōstrante eā quā vocamus Michaelez: ⁊ sic de mul
tis: ⁊ cōstat etiā per similē rōnē ꝙ predicat̄ in qd. ¶ Itē
nō sic predicat̄ de oībus. Nā demōstrato leone nō vere
dicit̄. hoc est spūs. g̊ hoc cōe spūs est genus vere ⁊ ꝓprie
ad illā rem que deus dicit̄: hoc aūt genus nullius alteri⁹
predicamēti verius dici potest esse: imo nec vere nisi sub
stantie: quare ⁊c̄. Forte aūt diceret̄: ꝙ hoc nomen spirit⁹
lz predicet̄ de deo ⁊ angelo: nō tm̄ dicit̄ de eis ſm vnam
rationē: ⁊ ideo non est eis genus: sed istud est ad placituz
⁊ sine rōne: qa aut intelligit̄ qd nō dicit̄ de eis ſm vnaz
rationē specialissimā: ⁊ hoc verū est: sed h̄ non īpedit qn
sit genus: lz īpediat ipsuz esse spēm specialissimā: aut itel
ligitur de rōne in generali: ⁊ hoc est falsum. Nā ſm vnā
rationē generalē huic nomini ꝯuertibilē: vlr dicit̄ ð deo
⁊ creatura spirituali: siue eni diffinit̄ spiritus suba incor
porea ⁊ īmālis: siue alia diffinitiōe: illa diffinitio tā deo
q̄z angelis erit cōmunis. ꝙ si hoc ꝓterniter neget̄: simili
modo negare poterit substātiā dici ſm vnā rōnē de cor
porea ⁊ incorporea: imo vt videt̄ multo magis: ⁊ sic ꝯūr
negare angelum esse in ṗdicamēto substantie: qd nullus
2ᵐ
negat. ¶ Scōm ꝓbo sic. pater filius creator ṗncipium ⁊
plura silia sūt predicabilia per se relatiua ⁊ ad aliqd: ac
per hoc de ṗdicamēto relationis: ⁊ ꝓprie dicunt̄ de deo.
ergo de deo ꝓprie dicunt̄ predicabilia: que vere ⁊ ꝓprie
sūt in aliquo predicamēto. Prima pars aīntis pz: qm̄ eis
conueniunt oīa que dicunt̄ a sanctis ⁊ ꝓhis regri ad h̄
ꝙ aliq̄ ṗdicabilia sint per se ad aliqd. scda etiā pars nul
li catholico dubia esse pōt: verissime qdē ⁊ ꝓprijssime ac
cap. 9.
ṗrīo ⁊ ṗncipalr deus dī ⁊ est pā ⁊ filius. vñ Dam. li. ṗmo.
Sciendū inquit est ꝙ nō ex nobis translatū est ad btāz
diuinitatē ṗnitatis ⁊ filiationis ⁊ ꝓcessionis nomē: con
ad eph. tertio.
trario aūt nobis inde traditū est vt ait diuinus Apl's ꝓ
pterea flecto genua mea ad pāez: ex quo oīs ṗnitas in ce
lo ⁊ in terra nominat̄. Creator etiā ꝓpe ⁊ de solo deo dī.
Similr ṗn̄ᵐ verissime deus est. ¶ Confirmat̄ hec ratio
cap. 7.
per Augⁿ 5° de tri. vbi postq̄ distinxit ṗdicationes tam
affirmatiuas q̄z negatiuas ꝓprias singulis predicamētis
cōcludit in fine: ꝙ fili⁹ ⁊ nō filius: genitus ⁊ non genit⁹:
siue ingenitus dicunt̄ relatiue: ⁊ sunt de ṗdicamēto rela
tionis. Unde ait. Sicut enim genitus non ad seipsuz dī.
sed qd ex genitore sit. ita cū dī ingenitus nō ad seipsum
dī: sed ꝙ ex genitore non sit ostēdit̄: in eodē tm̄ ṗdicamē
to qd relatiuū vocat̄. vtraqz significatio vtit̄: ⁊ ante ime
diate dixit. non recedit̄ a relatiuo ṗdicamento cū dī ige
nitus. ¶ Or si quis velit dicē: ꝙ ṗdicta noīa relatiua nō
sunt ꝓprie de ṗdicamēto relatiōis: pōt etiā si placet plu
ra alia relatiua: ⁊ quelibet ad libitū excipere a ṗdicamē
to predicto. ¶ Ex hoc autez ꝙ isti termini sunt per se de
predicamēto relationis: si rē quā significat pater ⁊ filius
⁊ huius in creaturis: positus in predicamēto relationis:
necesse est eadē rōne rem etiā quā significāt in deo: collo
care in ṗdicamēto relationis. ¶ Idē pz de predicamēto
actionis. s. ꝙ de deo vere ⁊ ꝓprie ṗdicatur: qnimo vt dic̄
cap. 8°
Augⁿ⁹ 5° de tri. qd aūt ad faciendū attinet fortassis de so
lo deo verissime dī: solus eni deus facit ⁊ ipse nō fit: neqz
patit̄: quātū ad eius subam pz: qa deus est. ¶ Istaz ꝯnē
cap. 10.
vz predicamēta aliq̄ vere de deo dici indubitanter Aug.
ponit in predicto lib. quod certissime ꝓbat̄: ex eo ꝙ ipse
vt dictū est singula ṗdicamēta distinguēs: ⁊ ꝓprias eorū
ṗdicationes determināns ꝯcludit quedaz de deo dici ſm
subam: quedā vo ad aliquid: ⁊ ſm relationē: ⁊ hoc tanq̄
verissimo fundamēto vtit̄ postmoduz in toto lib. de tri.
⁊ ꝙ ꝓprie talia predicamenta de ipso dicant̄: euidēter i
super apparet. Nam in eodē lib. 8° ait. alia ṗdicamenta
cap. 8°
quedā dici de deo: sed nō ꝓprie. vz situs: habitus: tēpus:
⁊ vbi. vñ ait. situs vo ⁊ habitus ⁊ loca ⁊ tēpora nō ꝓprie:
sed trāslate ac per similitudies dicunt̄ de deo: ⁊ ꝓpterea
remouet ab eo predicamētū passionis: vt ꝓxime allega
tum est. ¶ Remouet etiā a deo ṗdicamētū qualitatis ⁊
quātitatis cōtinue: eo ꝙ ille dicunt̄ ad se: ⁊ quecūqz dicūr
ad se ſm subam dicunt̄ de deo. vñ mirū est ꝙ ipse sic di
ligēter distīxerit predicamēta: ⁊ quedā remouerit a deo:
quedā aūt ꝓprie ⁊ solū dixerit nō conuenire: illa vo ſm
subaz ⁊ relationē ⁊ actionē dixerit ei ꝯuenire: nisi volue
rit illa tria ṗdicamēta vere ⁊ ꝓprie de deo dici. ¶ Dur⁹
snle. vz ꝙ deus sit res contenta in ṗdicamēto sube: fuisse
Phi nullus qui eū viderit pōt dubitare. Naz 12° meta.
T.c.2.
in ṗncipio volens de suba abstracta ⁊ ṗncipalr de ṗma: q
deus est loqui: innuens diuisionē entis in substantiam et
alia predicamēta: ab eo sepe positam. d. substātiā esse ṗn
cipaliorē partē entis. vnde ait. Etenim sine totuz qd oē:
substantia est ṗma pars: ⁊ si eo ꝙ ꝯñter: ⁊ ita ṗmuz suba:
Cō.2.
deinde qualitas: aut quātitas: qd exponēs Cōmē. ait. Et
ītendebat Aristo. ꝙ ens aut demōstrat vnū genus: ⁊ vnā
nām: aut gn̄a diuersa: ⁊ qdcūqz sit. manifestū est ꝙ suba
est ṗor pars entis: ⁊ statim Phs hoc ꝓbat: tuz qa alia nō
dicunt̄ simpliciter entia: sed talia entia: tum qa nullum
Cō.3.
alioꝝ est sepabile: ad qd Cōmen. nullū inquit alioꝝ īue
nitur simplr nisi suba. verbi grā. qa qualitas non dī ens
simplr: neqz motus: sed dicit̄ esse qualitas: ⁊ dicitur esse
motus. ens ergo ṗncipalr ⁊ simplr est suba. Et subdit. Et
cum dixit ꝙ suba dicit̄ ens simplr: ⁊ alia ṗdicamēta ſm
comparationē: dedit cām in hoc: ⁊ dixit etiā. nullū alioꝝ
est abstractū. i. ⁊ cā: ⁊ in hoc est ꝙ suba est cōstās ens per
se: ⁊ alia sunt in suba. ¶ Ex his oībus pz ꝙ Phs ⁊ Com
12° met. T.1.c.2
mentator in hac parte vtunt̄ hoc termino suba ſm ꝙ est
predicamētū distinctū cōtra alia ṗdicamēta. Et pro reb⁹
que sunt in tali predicamēto. Sed statiz post subaz diui
dit in sensibilē ⁊ in īsensibilē: ⁊ gn̄abilē ⁊ corruptibilem
⁊ in eternā: ⁊ post cōsiderationē de suba sensibili probat
esse subam insensibilem ⁊ abstractā ⁊ imobilem: ⁊ dein
de īquirit: an hec sit vna tm̄ vel plures: ⁊ determinat ꝙ
plures: inter quas vna est prima: que est nobilissima ⁊ fi
nis ⁊ perfectio ceterarum ⁊ totius vniuersi: quam vtiqz
nos deū appellamus. ¶ Ex quibus euidenter cōcludit̄:
Ad rōes alioꝝ inducias supe. ri.
ꝙ ſm mentem Phi ⁊ Cōmentatoris deus est suba vere
de predicamento sube. Si quis hanc partē velit sustine
re facilr posset soluere alioꝝ rōnes inductas. Nam ṗma
qdē fundat̄ ṗmo in falso. s. ꝙ oīs spēs habeat dīaz essen
tialez: qd falsuz est: vt supra dictū est. 2° etiā assumit fal
suz cū ait ꝙ illud a quo sumit̄ dīa: se hēt ad illud a quo
sumit̄ genus: sicut actus ad potentiam: qd etiā falsuz est
vt pz. Et ꝯdicit alijs dictis sic arguentiuz: qm̄ ipsi volūt
ꝙ in homine ⁊ qualibet suba cōposita sit tm̄ vna forma
subalis: ⁊ per eandem formā sit homo ītellectiuus ⁊ sen

stinus: τ per ꝯñs sensitiuũ in hoie nõ est in potẽtia ad intellectiuũ: nõ plus q̃ sensitiuũ ad sensitiuũ: τ itellectiuũ ad intellectiuũ. hi aũt vt pꝫ expresse dicunt oppositum. ¶ Itẽ sup 5° meta. de suba in scripto dicit̃ q genus. d. totam essentiã rei τ nõ formã tm̃: τ eadẽ rõne nec mãꝫ tm̃.

Ad 2m

¶ Ad scdam etiã eoꝝ dõm pmo q etiã fundat̃ in falso. vꝫ q esse distinguat̃ ab essentia in oibus rebus pter deũ. scdo qꝛ esto q ita esset: idem incõueniẽs sequeret̃. s. q ens esset genus si ratio valeret: qa ens sigñat cuiuslibet eẽntiam imediate: vt. d. Phs. io. meta. τ Cõmen. ibidem. Et 5° meta. vult Phs q ens sigñat illa: q̃ sigñant dictiones predicamentoꝝ. Et cõstat ſm istos τ ſm vitatẽ q pdicamenta significãt essentias rerũ saltẽ aliquaꝝ. vñ isti hñt in hoc falsam imaginationẽ. Auic. quidẽ credidit q ens significaret dispositionẽ additã essentie rei vt. d. Cõmẽ. 4° τ. io. meta. hoc aũt falsum est: cũ quelibet res sit ens p seipsam vt. d. 4° meta. Phs: cũ hoc tñ q ens sigñat essentias rerũ stat τ verũ est q ipm nõ est gen⁹: siue qa sigñat omnia τ predicat̃ de quolꝫ: siue qa nõ sigñat oĩa illa ſm vnũ ꝯceptũ vt moderni: de quoꝝ nũo sunt sic arguentes dicunt.

T. τ. c. 8 · T. c. 14. · 4° meta. cap. 3. · io° meta. T. c. 8. 9. τ. io.

Ad 3m

¶ Ad tertiã rõnem dõm q maior illa: oẽ qd est in genere est finitũ ſm perfectionẽ: est ad placitũ dicta. Et q̃uis instãtia dari nõ possit: nisi in ꝓposito: qꝛ solus deus est infinite pfectionis: ipsa tñ nõ hꝫ apparentiam necessariã veritatis: qa qd nõ tollit a re id ꝓpter qd ipsa ponit̃ in aliquo predicamẽto: nõ ipedit ipsaꝫ esse in predicamẽto. Infinitas aũt pfectiõis nõ tollit a re qn ipsa sit ens per se: τ per ꝯñs q ipsa sit suba: imo maxime tali rei cõuenit per se esse ens τ non in alio: probatio võ que assumit̃ ex dictis Cõmen. pmo est cõtra eoꝝ: cũ ipsi plures formas subales nõ ponãt in eodẽ: τ per ꝯñs q̃ sit illa forma media quã dicũt gen⁹ sigñare fingere nõ possunt. ¶ Itẽ si eẽnt plures forme adhuc genus totũ sigñaret τ nõ tm̃ partẽ: vt supra dictũ est: τ p ꝯñs: ita vltimã sicut mediã formã. ¶ Itẽ qa in substãtijs creatis abstractis τ in q̃litatibus: que oẽs sunt in pdicamẽtis ſm istos impossibile ẽ assignare talẽ formã mediã: quapropter dictũ illõ non ad mentẽ Cõmen. inducũt. ¶ Unde dõꝫ q Cõmẽ. non. d. q genus significat formã mediã: sed dicit q gen⁹ est forma vlis: τ post. d. q est vnũ in forma media inter actum τ potentiã: nec aliud intẽdit nisi q genus ideo dĩ forma: vel qa est pars diffõnis: τ quelꝫ pars diffinitionis aliqñ dicit̃ forma: vt pꝫ 2° phicoꝝ: aut qa ipsum est pdicabile de aliquo τ predicabile vel pdicatũ respectu subiecti. d. silitudinẽ forme. vñ frequẽter Cõmen. vocat predicatũ dispositionẽ τ subm dispositũ. vt pꝫ in qõne pcedenti: dĩ võ forma media inter actũ τ potentiã: qꝛ genus significat rẽ totã: τ per ꝯñs magis distincte q̃ nomẽ significãs pcise mãm rei: que nõ est res nisi in potẽtia pura. Et qa ipm sigñat reꝫ vlius q̃ species vel q̃ dĩa: τ per ꝯñs minus distincte τ in actu: iõ dicit̃ mediũ iter potẽtiã τ actũ: τ hoc magis potest trahi ab eodẽ 8° meta.

p meta. c. 17. vel ex 2° met. 33. sed alias cotatur. · vbi. s. · T. c. 28. · 12° m. 59 · Cõ. 6.

Ad 4m

¶ Ad 4m qd est ex dictis Auic. dico pmo q silis rõ põt fieri ꝯtra istũ Doc. cũ ponat ꝯceptũ entis vnũ cõem deo τ creaturis: et similr plures alios. Queraĩ ergo an ille conceptus sit ex se necesse eẽ: vl nõ. Si sic. cũ sit cõis creature. g̃ creatura erit necesse esse. Si nõ. g̃ neče esse erit cõstitutũ ex eo qd nõ est necesse esse. Et iõ dõm ad rõnem: q intentio dicti generis dĩ de deo nec est necesse: nec pars vel aliqd intrinsecuꝫ eius qd est neče esse: lꝫ significet id qd est neče esse τ etiã id qd nõ est neče esse.

Ad 5m

¶ Ad 5m dico q hoc nomen suba põt duplr ꝯsiderari. vno mõ quãtũ ad eius deriuationẽ. alio mõ quãtũ ad ei⁹ sigñationẽ. Pͦo mõ cũ deriuet̃ ab h vbo substo. stas. vl ab h subsisto. sistis. h nomẽ suba ꝓpe dĩ de hĩs reb⁹ tm̃ q̃ ab alijs substãt vl subsistũt. scdo mõ põt quãtũ ad ꝓpositũ sufficit adhuc sumi duplr. vno mõ ſm q ipꝫ est trãscẽdẽs: τ dĩ de omni essentia τ entitate: sic dicim⁹ aliqñ q suba albedinis est alia a suba dulcedinis. Alio mõ magis spãliter. vꝫ vt ois essentia q̃ per se est nãlr τ non in aliquo tanq̃ in subiecto: aut que est pars itrinseca rei: vel eẽntie: sic p se existẽtis dĩ substantia. ¶ Nũc ad ꝓpositũ suba vt est genus gñalissimũ primi pdicamẽti nõ sumit̃ sic gñalr vt 2° mõ: vt pꝫ: nec sic contracte vt in p mõ: sed sumit̃ 3° mõ. vñ suba ſm q est p⁹ genus pmi pdicamẽti est termin⁹ min⁹ cõis p pdicationẽ q̃ suba 2° mõ dicta: τ cõior q̃ suba p mõ dicta. Et hoc expresse pꝫ p Cõmẽta. 12° meta. sup illo vbo Phi ſm nouã trãslationẽ: qm aũt sunt hec quidẽ sepabilia: illa autẽ inseparabilia substãtie illic: τ ꝓpter hoc diuꝫ cãe sunt qa sine substãtijs nõ sunt passiones τ motus: vbi loco illius dictionis separabilia trãslatio vetus hꝫ abstracta. ait Cõmentator τ itẽdit per abstracta substãtias que sũt subiecta nouẽ pdicamẽtoꝝ: τ p nõ abstracta nouẽ predicamẽta: q̃si dicat: qa pdicamẽtoꝝ q̃dã sunt absoluta τ q̃dã nõ: absoluta sunt sube: τ nõ absoluta sũt nõ sube. Et subdit exponẽdo: qa accidẽtia nõ separant̃ a suba: videnẽ substantie cãe eoꝝ: nullũ enĩ accñs existit extra subam: sunt enĩ in rei veritate passiones τ motus subaꝝ. ¶ Ex his pꝫ q loquit̃ Phs τ Cõmen. de suba ſm q est pdicamentũ distinctũ ꝯtra alia nouem: τ pꝫ q sic est minus cõis q̃ suba scdo mõ sumpta: cũ accidẽtia sint sube quedaꝫ scdo mõ. vlterius de suba sumpta sic vt est pdicamẽtũ subdit ibidẽ. Et sciẽdũ q sube sunt duobus modis. vno mõ in quo est ipole fugere accñtia: τ alius sine aliquo accñte. pmus est sensibile. scdm aũt intelligibile. ¶ Ex his pꝫ q ſm Cõmẽtatorẽ nõ ois suba que est in pdicamẽto substat reb⁹ que sunt accidẽtia: τ per ꝯñs q suba pmũ predicamẽtuꝫ gen⁹ gñalissimũ in plus est q̃ suba subsistẽs accidẽtib⁹: nec sic sumpta dĩ a subsistẽdo: sed a p se τ nõ in alio existẽdo: sicut eiusdẽ lib. com. 3°. ibidẽ. d. Cõmen. τ supra est allegatũ. τ 7° lib. vbi predicamẽta distinguunt̃: siue ens in pdicamẽta: vocans subam ens per se: τ hec est ꝓprior noiatio dicti pdicamẽti: qm ex forma et deriuatione vocabuli suba vĩ importare tm̃mõ rem alteri subsistenteꝫ: qm cũ vocabula sunt ad placitũ: vbi constat de re nõ est curandũ de vocibus. ¶ Ex his dico q Aug. 7° de tri. caꝫ. d. deum abusiue dici subam: accipit subam pmo modo: τ ſm deriuationẽ vocabuli: nõ aũt ſm q est genus gñalissimũ primi pdicamẽti: τ idẽ significat q hoc totuꝫ ens p se: cũ sibi cõpetat maxime per se esse vt ibidẽ sentẽtialr ait: τ hoc mõ ipsum accepisse pꝫ per rõnẽ quã assignat: et etiã ex eo q 5° de tri. imediate post vba supra p Magrꝫ allegata: itelligam⁹ deũ sine q̃litate bonũ τc. ait Aug. Est tñ sine dubitatiõe suba: vel si melius hoc appellat̃ essentia: quã greci vsiam vocant: τ sicut ab eo qd est sapere dicta est sapiẽtia: τ ab eo qd est scire scia: ita ab eo qd est eẽ dicta est essentia: τ quis magis est q̃ ille qui famulo suo Moysi dixit. Ego suꝫ qui suꝫ: τ dices filijs israel: qui est misit me ad vos: sed alie que dicunt̃ essentie siue substãtie: capiunt accidentia quibus in eis fiat vel magna vel quãtacũqꝫ mutatio: deo aũt aliquid eius accidere nõ potest. hec ille. vbi pꝫ q cũ q̃dã pdicamenta excludat a deo liter que nõ ꝯtinet̃ pmũ pdicamẽtũ. Et statim dicat illũ esse subam: qd ipse intellexit ipsum esse in pdicamento substantie. verũ qa hoc nomẽ substantia a subsistere dicitur: ideo tale pdicamentũ in quo deus ponit̃ non ꝓprie dicitur suba. cum non qdlibet qd in ipso est subsistat accidẽtibus: sed dicitur ꝓprie per se essentia vel per se ens ſm Cõmenta. τ sic sumpto pdicamento ꝓprijssime: deus dĩ esse in pdicamẽto ſm intentionẽ Aug⁹: τ in hac significatione

Cõ. 25. · t. τ. c. 25. · cõ. 2. τ. 3 · cap. 2.

ficatione sumẽdo hoc nomẽ substa ↄcedit deum esse sub-
stantiam ꝛ quedã de ipso predicari ſm substantiã: vt pꝫ
per totũ sequentẽ librum. ¶ Ad 6m dico: ꝙ aliquid aliud
ab ente est cõe genus deo ꝛ creaturis aliquibus. Et cum
dĩ ꝙ tũc esset cõe omnibus creaturis. nego ↄñaꝫ: qm̃ sicut
aliquis cõceptus vnus est cõis deo ꝛ quibusdã creaturis
tñ ſm hunc Doc. qui sic arguit: vt ↄceptus sapie: ꝛ conce
ptus iusticie: ꝛ sic de multis attributis: ꝗuis tales conce
ptus sint gñalia ſm eũ: sic nullũ incõueniens est deo ꝛ crea-
turis aliquibus esse genus cõe: qđ tñ non est cõe omnib⁹
creaturis: nec aliq̃ ratio magis posset ꝓbare incõueniẽs
esse de genere: ꝗ̃ ꝓbari posse vnus ↄceptus de deo ꝛ crea
turis aliquibus. ¶ Ad septimũ dõm est ad maiorẽ sicut
dictũ est ad tertiũ argumentũ. ¶ Ad 8m dõm: ꝙ maior
est vera de prioritate ↄñtie ꝛ nõ aliter: ꝛ hoc mõ minor est
falsa. Nam hoc termino deus. prior est ſm ↄñtiã hic ter-
min⁹ substa ꝛ hic termin⁹ spũs: ꝛ multi alii. Nam sequit̃.
hic est deus. ergo hic est spũs vl' hic est substa ꝛ nõ ecõuer
so. ¶ Ad rõnẽ Ansel. dico ꝙ de⁹ est substa idiuidua. Et cũ
dĩ ꝙ oĩs substa indiuidua hꝫ vlem essentiã cõem cũ aliis:
deus aũt essentialẽ cõiõnẽ nõ hẽt cũ aliq̃ alia substa. Dõꝫ
ꝙ maior ista põt habere duplicẽ intellectuꝫ. vnus est: ꝙ
aliqua essentia ex̃ aiam sit cõis indiuiduis substãtiis: et
sic dico ꝙ illud nullibi hẽt ṽitatẽ: qm̃ nulla oĩno in mũ-
do res est vlis aut cõis pluribus substãtiis: sed oĩs essen-
tia est singularis vt patebit in 3°. Alius sensus est: ꝙ oĩs
idiuidua substa hꝫ aliqđ cõe ꝑdicatione essentialr ꝛ in q̃d
de illa ꝛ aliis: ꝛ iste sensus verus est: sed in hoc sensu nego
minorẽ. ¶ Ad auctẽm quã magr̃ iducit dõꝫ: ꝙ illa poti⁹
est pro hac via: qm̃ illa non excludit ꝑdicamẽtũ subste: cũ
nullã ibi mentionẽ faciat de eo: neqꝫ de ꝑdicamẽto rela-
tionis. Nõ eni ait sine relatione creatorẽ: sed sine indigẽ-
tia: volẽs per hoc significare ꝙ vtiqꝫ vere creator est: nõ
tñ creauit ꝗ̃si idigeret bono creature. Itẽ nõ excludit ꝑ-
dicamẽtũ actionis: imo affirmat: negat autẽ ipsiꝫ muta-
ri cũ de nouo aliquid agit dicendo: sine vlla sui mutatio
ne mutabilia facientẽ: cum ergo aliq̃ excludat aliq̃ affir
met: magis est ꝓ hac opione ꝗ̃ ꝓ opposita. ¶ Et hoc etiaꝫ
cõfirmat. qm̃ statim postea magis explicite tria ꝑdica-
menta. s. subste relationis ꝛ actionis asserit ꝓprie dici de
deo: reliqua iꝓprie ꝛ trãslatiue tñ: vt superius est ostẽ
sum. ¶ Ad aliã quã iducit 7° de tri. ꝙ deus non est substa
respõsum est supra. ¶ Ad aliã que sequit̃ dõm ꝙ Aug.
ibi nõ vult ꝓbare: nisi ꝙ essentia diua nõ est genus neqꝫ
species respectu ꝑsonaꝝ diuinarũ: ꝛ hoc verũ est. ꝙ autẽ
nõ sit aliqua specie in genere substãtie ipse nõ intendit:
ꝛ q2 hoc esse intentionis sue ibidẽ clarissimũ est: iõ eius
dicta nõ curo hoc allegare. ¶ Sꝫ q̃d dicet̃ ad auctoritatẽ
Magri ꝛ Ansel. pro certo mihi appet eos opposite opio
nis fuisse: eligat quilibet qđ vult: vel ipsos sequi vl' Aug.
ac Dam. qui vt videt̃ alterius ab eis sententie extitit.

Ad rões principales. 5. met. t. cõ. 30. ¶ Ad rões in ꝑncipio q̃õnis factas dõm ꝙ ↄñã p̃ nõ est
bona. Et ad ꝓbationẽ dõm: ꝙ verbũ ꝓhi nõ est accipiẽ-
dum ſm ꝓprietatem sermonis. Nam ↄstat ꝙ genus nõ
est pars speciei plus ꝗ̃ ecõuerso: sed sunt intentiones di-
uerse: quarũ neutra alteri est itrinseca. ¶ Itẽ genus non
est pars rei quã significat species: sicut nulla intentio est
pars rei extra: sed itelligendũ est verbũ illud: sicut ibidẽ
Cõ. 30. Cõmẽ. exponit. videlꝫ ꝙ genus est pars speciei. i. diffini-
tionis spei. que diffinitio aliqñ vocat̃ ab eo forma: sicut pꝫ
Cõ. 45. per eundem 7° meta. ꝛ hoc modo accipit hoc nomẽ forme
vbi allegat̃. vñ ait ꝙ ꝛ illa ex quibus cõponunt̃ diffini-
tiones significantes q̃ditates cuiuslibet rei. dicunt̃ ptes
diffiniti ꝛ diffõnis. Quod non est intelligendũ ꝙ partes
diffinitionis sunt partes diffiniti: nisi q2 sũt partes diffi-
nitionis: que idẽ significant ꝙ diffinituꝫ. Et sic intelligit
cum subdit ꝙ genus est pars formarum. i. diffinitionuꝫ.
Qđ exponi sic deberi declarat particula sequens cũ ait.
forma enim speciei diuidit̃ in genus ꝛ dĩam: qđ nullo
modo vere põt intelligi: nisi de diffinitione speciei quam
formã vocat. Eodem modo dõm est ad auctẽm Auicẽ.
Nã per quiditatẽ intelligit diffinitionẽ sicut etiaꝫ ꝓhs
aliqñ ꝛ Cõmen. vt põt euidẽter haberi 3° phys. vbi vna
trãslatio hẽt ratio ꝛ alia hẽt diffinitio. Et Cõmen. expo-
nit per hoc nomẽ q̃ditas. eodẽ modo accipit Auic. in ꝓpo
sito: qđ pꝫ qm̃. d. genus predicat̃ de specie ita ꝙ est pars
quiditatis. Constat autẽ ꝙ genus qđ predicat̃ est inten-
tio quedaꝫ: que non est pars eẽntie rei extra aiaꝫ. Est aũt
pars diffinitionis: ꝛ ideo quiditas pro diffinitione ponit̃
ibi. ¶ Ad scđam vniulr negãda est ↄñtia: ꝛ ad ꝓbationẽ
cũ dĩ ꝙ genus est materia vel etiã ꝙ significat mãm: in-
telligendũ est verbũ hoc per assimilationẽ vt sit sensus:
genus assimilatur mãe: ꝛ hoc est verũ. Assimilatio autẽ
stat in hoc: ꝙ sicut mãe aduenit forma: ꝛ sicut ex vtroqꝫ
fit aliquid in actu ſm speciem: sic in diffinitionibus gñi
additur dĩa: ꝛ sic completur diffinitio que signat rem in
actu ꝛ distincte ſm ꝓpriã spẽm. Ex quo etiã patet alia
similitudo iter genus ꝛ mãm: q2 sicut mã nulla de se est
species entiũ in actu distincta: sed est tñ in potẽtia: ꝛ ꝗ̃si
cõfusa: distinguit̃ aũt ꝛ actuat̃ per formã: sic genus signi
ficat rem in cõfuso ꝛ quasi in potentia ſm ꝙ Cõmen. cõ-
sueuit vocare cognitionẽ vlem ꝛ cõfusaꝫ rei cognitionẽ
in potentia: per dĩaꝫ aũt additã quasi actuat̃ illa cogni-
tio confusa dum distinctior cognitio habet̃ de re ꝗ̃ prius:
nõ autẽ intelligit ꝙ genus sit mã: nec ꝙ significet ꝑcise
mãm: sicut nomẽ mãe signat ipsaꝫ: q2 imo hoc reprobat
q2 vt. d. tunc nõ posset de specie predicari in recto: sed in
obliquo tñ: ꝛ mediãte aliqua ꝑpositione: qđ falsum est.
Cõ. 6. hoc aũt esse de intentione sua manifeste pꝫ 8° meta. vbi
ait. in diffõnibus rerũ existentiũ per se genus est ꝗ̃si ma-
teria: ꝛ differentia quasi forma: ꝛ sic mã nõ dĩ de diffini-
to nisi ſm ꝙ est genus ei. i. nisi ſm ꝙ genus vocat̃ mã. ꝛ
sequit̃: nomẽ eni gñis significat mãm. i. assimilatur mãe
ſm ꝙ est in potẽtia id qđ hꝫ mãm. i. ſm ꝙ signat illud
in potẽtia ꝛ in confuso vlr. ꝛ sic predicat̃ de habentibus
mãm: nomẽ aũt mãe signat in mã. i. in re extra aliquid
qđ est in actu pars eius: cuius est mã: ꝛ ideo predicat̃ de
eo cũ nõ predicet̃ aliquid in actu de alio in actu: nisi per
aliquã ꝑpõnẽ importantẽ habitudinẽ. d. aũt nomẽ mãe
significare partẽ in actu. i. partẽ aliquã distincte ꝛ deter-
minate: ꝛ ideo nõ põt predicari nisi mediãte ꝑpositione
de. hñte mãm: genus aũt signat vtrãqꝫ ptẽ non in actu. i.
determinate ꝛ distincte: sed totũ ꝛ quãlibet partẽ impli-
Cõ. 43. cite: ꝛ ideo põt ꝑdicari de hñte mãm. ¶ Itẽ 7° meta. ait
frequẽter ꝙ gen⁹ est simile materie sicut hic dixit: ꝙ est
quasi materia: ꝛ ꝙ nõ signat ꝑcise mãꝫ: sed totũ in habẽ-
tibus mãm. vnde ait. cũ sit declaratũ ꝙ oẽs diffõnes cõ-
ponunt̃ ex genere ꝛ differẽtia: ꝛ genus cõponit̃ ex mã et
forma. i. significat compositũ ex materia ꝛ forma: aut ge-
nus qđ dicit̃ simplr nõ erit aliud a forma subiecti: forma
autẽ erit forma ꝛ subiectũ ꝛ q̃uocunqꝫ fuerit erit simile
materie. Et exponit statim qđ dictũ est dicens. ꝛ forte in-
telligit per hoc: ꝙ genus qđ est vnũ ex materia ꝛ forma:
aut habet hoc nomen ex parte materie: aut ex parte for-
me: ꝛ q̃uocũqꝫ fuerit simile est materie: ꝛ intẽdebat per
hoc ꝙ genus in re extra non existit in actu: sed est sicut
materia: et illud qđ est in actu est vltima differentia. hoc
Cõmentator. quod intelligendũ est vt premissum est su-
pra. Ex quibus patet ꝙ non significat precise materiam:
sed est quasi materia ꝛ simile materie vt dictum est.

Distinctionis. IX. Questio. I.

Circa distinctionē nonā in qua Magister agit de coeternitate pris ꝛ filij ostendens patrē nō prius fuisse q̄ filius. Quero vtrū aliquo modo pr̄ sit prior filio.

pᵐ

Et arguo ꝙ ꝙ sic. omne enī ꝓducens est p̄us ꝓducto ab illo. ergo pr̄ est p̄oꝛ filio. ꝯn̄a pꝫ: qm̄ pr̄ ꝓducit filiū. an̄s ꝓbat̄ dupl'r. p̄ ꝑ Augᵐ in de imortalitate aie dicentē nulla res se facit aut gignit: aliogn erat anteq̄ esset. ꝙ si hoc falsū est: est verū illud. ꝯn̄ia autē nulla esset. nisi verum sit ꝙ q̄libet faciēs vel gignēs sit anteq̄ sit illud: qd̄ ab eo gignit̄.

cap. 3.

Et eadē rōne oē ꝓducēs ꝛc. adē ꝓbat̄ per Phm 12ᵒ meta. vbi causas agentes ꝛ mouentes. d. differre a formalibus in hoc ꝙ ipse precedūt res quaꝝ sunt cause: formales aūt nō p̄cedūt: sed sunt simul. ꝛ Cōmen. ibidē cā ingt agēs differt a formali qa agens ꝛ mouēs p̄cedit illud qd̄ agit̄ ꝛ mouet̄ ab eo. formalis aūt ꝛ m̄alis ē cū gn̄atione. Et istā exponēs exēplū Phi ait ꝙ sanitas nō p̄cedit hominē sanū: cum sanitas in sano est quasi forma: sanans aūt necesse est vt p̄cedat sanitatē. necesse etiā est ꝯm Cōmentatorē agens p̄cedere actū ab eo: ꝛ ꝓducēs ꝓductū.

T. c. 16.

Com. 16

2ᵐ

Scd̄o omne eternū prius fuit eo qd̄ hꝫ esse post non esse. ergo omne eternū p̄us fuit quolibet gn̄ato. ꝯn̄ia pꝫ. qm̄ q̄libet generatū hꝫ esse post nō esse: sicut generatio est trāsitus de nō esse ad esse: pater aūt est eternus: ꝛ filiꝰ est genitus. ergo ꝛc.

3ᵐ

3ᵒ omne producens p̄us intelligit̄ sue ꝓductioni (agere enī ꝛ ꝓducere p̄supponunt esse.) g̃ pr̄ preintelligit̄ gn̄ationi: ꝛ per ꝯn̄s filio ꝛ ambo preintelligunt̄ spirationi: ꝛ per ꝯsequens spūi sancto. Ex quo sequit̄ ꝙ pr̄ erit p̄oꝛ filio: ꝛ filius spū sctō. Cōfirmat̄ qm̄ habitudo nāe ad suppositū ꝛ p̄mū actū: p̄oꝛ est habitudine eius ad actū scd̄m. pꝫ illud: qa agere p̄supponit eē: ꝛ habitudo nature ad suppositū pertinet ad esse. ergo nā dīna p̄us hꝫ esse in supposito p̄ino: q̄ sit p̄nᵐ ꝓductionis filij. ꝛ per ꝯn̄s pr̄ prius est q̄ gn̄et: ꝛ per ꝯn̄s prior filio.

Oppoᵐ

Ad oppositum

est vitas fidei que dic̄ ꝙ in trinitate nihil p̄us aut posterius nihil maius aut minus ꝛc.

Ad questionem

premitto p̄mo vnā distōnē de q̄busdā modis: q̄bus vna res dr̄ p̄oꝛ alia. Deinde ponā ꝯn̄es aliquas ad ꝓpositū.

pᵃ arti.

Quantum

ad p̄mū dico: ꝙ multi sunt modi q̄bus vel aliquo eoꝝ vna res dicit̄ p̄oꝛ alia: quantū tn̄ ad ꝓpositū sufficit: qntupl'r dicit̄ p̄us. s. eternitate: tpe: pfectione: nā: ꝛ causalitate.

p̄us eternitate.

Eternitate p̄oꝛ est res eterna re nō eterna. Sumendo aūt eternū ꝓprie. s. ꝓ incōmutabili ꝛ nō possibili non esse: aut aliter se habere: quō sumit Aug. 83. q. vbi ait. qd̄ icōmutabile est: eternus est: semper enī eiusmodi est: qd̄ aūt cōmutabile est: tēpori obnoxium est: nō enī semꝑ eiusmodi est: ꝛ ideo eternū nō recte dicit̄.

qō. 19.

cap. 19.

tp̃e quo ꝯtinuat actũ vnũ posset acq̃rẽ mai⁹ pmiũ nõ ꝯti
11m nuãdo eũ.igit̃ obest sibi ꝯtinuare ip̃m. ⁋ xi° sequeret̃ ꝙ
aliq̃s nec̃io eẽt ociosus hñdo libertatẽ sũmã arbitrij:qꝛ
posito ꝙ de⁹ suspẽdat actionẽ vni⁹ angeli ꝓ vno istãti p̃
cise:tũc ille ꝑ vellet in aliq̃ istãti mediato:z ꝑ ꝯ̃ñs in tp̃e
12m medio eẽt ociosus. ⁋ 12° sequeret̃ ꝙ aliq̃s hñs per vnã
horã sũmũ meritũ sibi polem circa aliq̃d obm̃ posset in
eadẽ hora in decuplo plus mereri hñdo diuersos act⁹ cir
ca diuersa obta:vel ẽt circa idẽ itercalariter:z sic expedi
ret nõ ꝯtinuare actũ respectu vni⁹:qd̃ est f̃lm:qꝛ in h̃ ma
xime cõmẽdat̃ felicitas a pho.10.eth.qd̃ est maxime cõ
13m tinua. ⁋ 13° sequeret̃ ꝙ si aliq̃s peccaret venialr̃ ꝯtinuã
do actũ suũ ꝑ tp̃s in cui⁹ fine moreret̃.seq̃t ꝙ ꝓ q̃libet in
stãti illi⁹ tp̃is deberet̃ sibi aliq̃ pena in purgatorio:z si pec
catũ suũ foret mortale ꝓ q̃libet istãti sibi deberet̃ pena
ẽt aliq̃ in iferno:z ꝑ ꝯ̃ñs ifinita pena itẽsiue:ac per h̃ nul
14m lũ posset de⁹ punire sufficiẽter. ⁋ 14° si sit dare p̃m istãs
in quo volũtas vult siue in quo volitio est in volũtate.
igit̃ vel h̃ erit de volitiõe libere ꝓducta a volũtate vel
de ea que nãlr̃ ꝓducit̃:que si nec̃io seq̃t ad aliq̃ apphẽ
Cõ.32. sionẽ nõ dliberatã:qꝛ oĩs mutatio subita finis est succes
siue.per Cõmẽ.6° phy.sꝫ cũ volũtas libere ꝓducit voli
tionẽ sua p̃° ꝓductio si aliq̃ sit p̃° nõ est tũc finis successi
ue mutatiõis imẽ͛ pcedẽtis.igit̃ zc̃.nec de volitiõe nãlr̃
sequẽte apphẽsionẽ alicui⁹ obti.v.g.btitudinis aut alte
ri⁹ alicui⁹ placibilis:qꝛ si est dare p̃m instãs in quo itells
cogitet de tali volito sit illd̃ a.igit̃ nec p̃m istãs in quo vo
lũtas vult illud.assũptũ ꝓbat̃:qꝛ cogitatio noua vel li
bere carẽt:z tũc nõ eẽt finis mutatiõis successiue ꝯ̃ pal
legatã auc̃tẽ Cõmẽ.aut illa cogitatio actualis gñaret̃ nã
liter ab aliq̃ sp̃e imaginatiua.Et tũc vel est aliq̃ spẽs de
bilissima z minima ipsi⁹ a.in v̄tute imaginatiua que põt
agẽ in itellectu:vel est maxia q̃ nõ põt:nõ põt dici p̃m:qꝛ
si sic sit illa minima q̃ põt b.z itẽsio quã põt cãre sit c.igit̃
aliq̃ alia spẽs in imagiatiua debilior q̃ b.põt cãre in in
tellectu aliq̃ itẽtionẽ dbiliorẽ q̃ c.sic.n.est in alijs actio
nib⁹ nãlib⁹:ꝙ si aliq̃ v̄tus põt mouẽ aliq̃d aliq̃ velocita
te:v̄tus mior põt mouẽ illd̃ tardi⁹:qd̃ ꝓbat̃ ex h̃ ꝙ illd̃
motũ põt moueri tardi⁹ a v̄tute dbiliori:z sic seq̃t ꝙ nõ
sit aliq̃ debilissima z mima spẽs in imagiatiua potẽs cã
re in intellu cogitationẽ actualẽ de a.relinq̃t̃ g̃ ꝙ sit alia
maxia que nõ põt z q̃lꝫ itẽsior põt agẽ in itellectũ.Ex h̃
ꝓbat̃ ꝙ nullũ est p̃m istãs in q̃ spẽs imagiatiua agit in in
tellectũ:z ꝑ ꝯ̃ñs nec cogitatiõis in itellu si cogitatio silr
a sp̃e imagiatiua cãet̃:qꝛ si sit aliq̃d tale p̃m istãs:sit istãs
p̃ñs.tũc sic.spẽs imagiatiua agit nũc i itellu nãlr̃ z nõ li
bere.igit̃ nec p̃ est ista spẽs satis fortis ad agẽdũ:qꝛ si p̃°
fuisset satis fortis prius egisset.igit̃ est aliq̃ spẽs minima
seu debilissima in imaginatiua que põt agẽ in itellectũ:
cui⁹ oppo͛ iã ꝓbatũ est.igit̃ nõ est aliq̃d p̃m istãs in quo
spẽs z imagiatiua agit in itellectũ:ac per h̃ nõ est aliq̃d
p̃m instans quo itellect⁹ cogitat cũ sua cogitatio sit natu
raliter a specie imaginatiua:z sequit̃ p̃ncipale ꝓpositũ.

ꝯ̃ hiber nicum ⁋ Hec op̃io mihi nõ appet v̄a:iõ ꝑꝑ ip̃as z ꝑꝑ missionẽ ad
ar͛ pono ꝯ̃nes.3. p̃° est.ꝙ pole est aliq̃ volitionẽ idiui
sibilr̃ seu sil̃ totã ꝓduci. 2° est.ꝙ pole est aliq̃ volitio
nẽ successiue z ptibilr̃ ꝓduci. 3° ad arti͛ directe ꝙ ãge
p̃° ꝯ̃ lus potuit in aliq̃ instãti ꝑ peccare. ⁋ Primã ꝓbo rõni
p̃m bus q̃busdã alioꝝ satis ꝓbabilib⁹:vt mihi vĩ ꝑ sic.pole
est charitatẽ alicui⁹ sil̃ totã corrũpi.igit̃ pole est aliq̃ vo

litionẽ sil̃ totã ꝓduci.añs ꝓ̃.nã pole est ꝙ aliq̃s hñs cha
ritatẽ peccet ꝑ mortalr̃.p.tõ ãt mortali tota charitas sil̃
corrũpit̃ vt oẽs ꝯcedũt.ꝯ̃ñia pꝫ:qꝛ nõ ꝑus ꝑ pctm̃ corrũ
pit̃ charitas q̃ pctm̃ illud sit vt certũ est.alias pena pce
deret culpã:nec ꝑus pctm̃ illd̃ ẽ q̃ ip̃a corrũpat̃:cũ nõ se
cõpatiant̃ i eõde de lege cõi.sil̃ g̃ charitas ꝑ nõ ẽ z culpa
2m mortalis ẽ:z h̃ ꝓpo͛. ⁋ 2° pole ẽ noti⁴ᵐ tã sensualẽ q̃ i
tellectualẽ totã sil̃ ꝓduci.igr̃ z volitionẽ.ꝯ̃ñia pꝫ.tũ qꝛ nõ
magis ẽ potẽs itells aut sẽsus re͛ sui act⁹ q̃ volũtas re͛
sui.tũ qꝛ posita sufficiẽti noti͛ de obto placibili sil̃ poni
põt volitio circa illd̃.Añs ꝓbo ex eo ꝙ aliq̃d visibile exi
stẽs in tenebris si subito lumẽ cãet̃ in medio:sic pole ẽ.
subito cãbit visionẽ in visu.posito ꝙ sit aliq̃s ꝓximus z
Cõ.28. disposit⁹. ⁋ Ad h̃ ẽt ẽ auc̃tas expssa Cõmẽ.3.de aĩa.vbi
ait.ꝙ sentire est ꝑ se actio pfecta z sine tp̃e z absq̃ꝫ eo ꝙ
pcedat ip̃m actio diminuta:z idẽ statĩ dicit de itellig̃:
z ꝯcludit ꝙ Ari.itẽdit ibi declarare cãm ꝑꝑ quã itellus
Rñsio itelligit sine tp̃e. ⁋ Ad hãc auc̃tẽ r̃ndet̃.o.ꝙ itellus Cõ
mẽ.in p̃dicta auc̃te z alijs silib⁹ est ꝙ q̃uis hõ actiões.s.
sentire z itellig̃ itẽdant̃ ex aliq̃ cã ꝑ aliq̃d tp̃s.in termi
no tñ illi⁹ tp̃is z in oĩb⁹ istãtib⁹ sequẽtib⁹ dĩr eẽ pfecta
in sua sp̃e q̃ñ est in aĩa pfcã ges:nec tũc requirit actionẽ
successiuã imediate pcedẽtẽ.z h̃ itelligit ꝑ h̃ qd̃ ait.ꝙ il
las actiões nõ pcedit actio dimiuta.s.nec̃io z imediate.
ꝯ̃ rñsio nem Sꝫ h̃ glosa nullo mõ ẽ ad mẽtẽ Cõmẽ.aut phi quẽ expo
nit Cõmẽ.ibidẽ.qd̃ pꝫ.nã phs ibi vult dare diiã iter trã
T.c.28. smutationẽ sensus.cũ de nõ actu sẽtiẽte fit actu sentiẽs:
z itellect⁹:cũ de nõ actu itelligẽte fit actu itelligẽs:z trã
smutationẽ rerũ nãliũ.nõ g̃ accipit actiões illas s̃m ꝙ
sũt iã ꝓducte z in gete:sꝫ s̃m ꝙ sũt in sensu vel in itelle
ctu z acq̃runt̃ post:q̃uis fuerũt:z h̃ mãifeste pꝫ ex v̄bis
T.c.28. phi s̃m lrãm quã Cõmẽ.exponit.sũt.n.h̃.z videm⁹ sensa
tũ facẽ sentiẽs in actu postq̃ erat in po° nõ patiẽdo alte
rationẽ:z in h̃ qd̃ dic̃ nõ patiẽdo alterationẽ inuit diiãs
quã itẽdit:vñ z sine medio subdit.Et iõ iste ali⁹ modus
mot⁹ est.mot⁹.n.est actio.nõ ãt pfectio.actio aũt simplr̃
Cõ. 28. est ali⁹ mot⁹ z actio pfecti.vbi Cõmẽ.exponẽs.videmus
ingt zc̃.i.Et qꝛ videm⁹ sensibile facẽ sentiẽs in actu post
q̃ fuit in po° nõ ita ꝙ sentiẽs apud exitũ de po° in actũ
trãsmutet̃ aut alteret̃ zc̃.Itẽ infra.Et cã ꝑꝑ quã isti mo
tui ꝯuenit trãsmutatio.illi aũt nõ:est qꝛ ille mot⁹ cui ac
cidit trãsmutatio est actio nõ pfecta z via ad cõplemen
tũ.Ille aũt est actio pfecta:imo cõplementũ.Ex his aũt
pꝫ.ꝑ ꝙ sic dicebat̃ loq̃t de talib⁹ actiõib⁹:nõ s̃m ꝙ sunt
ꝑus facte zc̃.vt dicit rñsio:sꝫ s̃m ꝙ fiunt z exeũt ad actũ
2 postq̃ nõ fuerũt. ⁋ Scd̃o qꝛ sic nõ sũt actiões ipfecte z
successiue:ac q̃si vie ad cõplemẽtũ:sꝫ pfecte z cõplete:z
ꝑ ꝯ̃ñs idiuisibiles z sil̃ tote:z s̃m hũc itellectũ.loq̃t etiã
cap.4°. phs.10.ethi.vbi dicit.ꝙ visio z delectatio sũt de numero
totoꝝ z pfectoꝝ. ⁋ Aduertẽdũ tñ ꝙ q̃uis talia ꝯtingat
fieri simul tota.nihilominus tñ ꝯtingit ẽt vt aliq̃ñ fiant
ptibilr̃:vt patebit in ꝯ̃ne sequẽti:sed h̃ nõ per se ꝯuenit
Cõ. 28. eis:neq̃ꝫ semp.z h̃ ẽt notauit Cõmẽ.subdẽs. vbi.s.3° de
aĩa.Et cũ ita sit iq̃uit.s.ꝙ sentire z itellig̃ sũt actiões ꝑ
fecte:eẽ in itellectu actionẽ ipfectã accidit ei ꝑꝑ mãꝫ.
nõ s̃m ꝙ est actio:z cũ accidit h̃ actioni necesse est aliq̃
actionẽ eẽ liberatã ab h̃ accñte.Ex quo vt pꝫ ẽt ꝯcludit
ꝙ necesse est aliq̃ actionẽ eẽ vel eẽ posse nõ ipfectã z
cap.4° diminutã:qd̃ est ꝓpositũ. ⁋ Huic ẽt cõcordat phus.10°.
ethi.per cui⁹ dctm̃ ibidẽ ꝓbat̃ ẽt p̃ñs ꝯclusio.cũ ait.ꝙ cõ
tingit delectari in nõ tp̃e:z in ip̃o nũc:z ꝙ delectatio est
3m totũ aliq̃d. ⁋ 3° sic.chr̃s habuit s̃m aĩam actũ meritorie
dilectionis que ꝑ nullũ tp̃s aucta fuit.igr̃ habuit volitio
nẽ totaꝫ sil̃:z nõ ptibilr̃ ꝓductã.ꝯ̃ñia pꝫ:qꝛ si successiue z
ptibilr̃ fuiss̃ dilectio illa ꝓducta maior vl̃ itẽsior i eo di

lectio fuisset in fine illius tpis ꝙ̃ in medio.añs ꝟo pbaṫ auctio⁹ magri.d.li°.3°.d.18.ꝙ cbꝛs ab ipa ꝯceptōe meruit per charitatē iustitiā ⁊ alias ṽtutes:⁊ sequiṫ ꝙ tāta plenitudo carismatū in eo fuit ꝙ in eis pficere nō potuit:⁊ iō melioꝛ ipsi⁹ aia fieri nō potuit ꝙ̃ ab initio sue ꝯditionis extitit. Itē Grego.quē ibidē allegat magr.d.nō hūit oino cbꝛs iuxta aīe meritū quo potuisset pficꝰ. igiṫ nec ei⁹ meritū vel meritoria volitio augeri.

Rñsio

Ad istud doctoꝛ iste rñdet ꝙ illud meritū nō habuit cbꝛs a volūtate humana:sʒ per creationē:⁊ iō nō ex hꝰ legꝰ ꝙ actus volitionis nālr pducte fiat in istāti.

Contra rñsionē

Cōtra.hꝰ nō pōt stare fm dcā ei⁹:qꝛ fm ipm nullus act⁹ est alicui⁹ meritū a quo nō efficiṫ.igiṫ si nō ab aia cbꝛi ille act⁹ pduct⁹ fuit nō fuit meritū aīe cbꝛi.esto ꝙ posset dici ꝙ fuisset meritū cbꝛi pp ei⁹ diuinitatē a quo fuisset pduct⁹:vt ipse vꝫ velle dicꝰ.nūc aūt auctes pdicte dicūt ipm meruisse fm aiam.igiṫ fm isti⁹ doctrinā ab aia pductus fuit.

Confir°

Pꝫ. Cbꝛs meruit:⁊ ꝯstat ꝙ nō fm diuinitatē.igiṫ fm humanitatē.⁊ si sic igiṫ fm aiaʒ:⁊ per ꝯñs illō meritū fuit ab aia ei⁹.

2° ꝯ

Scdaʒ ꝯnē pbo ꝑ sic.ꝯtingit volitionē itendi.igiṫ ꝯtingit volitionē ptibilr pduci.ꝯña pʒ.nā itēsio forme nō fit nisi p additionē noue ptis forme:vt pbatū est in ꝑ di.17.añs pbaṫ:qm̄ ꝯtingit in aliq̄ intēdi notitiā vꝉ estimationē de bonitate rei alicui⁹ quā desiderat:vtpote codicis p diligētioꝛē examinationē sue pulcbritudinis vel veracitatis:aut eq per maioꝛē experientiā sue foꝛtitudinis aut sue velocitatis.igiṫ ⁊ ꝯtingit desideriū de ipa intēdi:⁊ pʒ ꝯñtia.qm̄ vt dicit Cōmē.12.meta ⁊ nos ita ēt expimur.ꝙ̃to magis qō desideraṫ estimatū fuerit mai⁹ bonū:tāto desideriū maius erit.

Cō.36.

2ᵐ

2° ꝯtingit aliq̄ volitionē ptibilr coꝛrūpi.igiṫ ꝯtingit aliq̄ partibilr pduci.ꝯña pʒ.añs pbaṫ per experientiā.experiṫ.n.qs ꝙ aliqñ itēse ⁊ feruēter desiderat aliq̄ rē nō habitā:aut in habita delectaṫ ⁊ cōplacet:⁊ paulatim tepescit ⁊ reuertiṫ talis cōplacētia vel desideriū ⁊ tādē cessat:talis aūt remissio nō ꝯtingit absq̄ successiua coꝛruptiōe dcōꝝ actuū.

3ᵐ

3° pōle est visionē coꝛpoꝛalē ⁊ ēt itellectualē ptibilr acq̄ri.igiṫ ⁊ volitionē.ꝯña pʒ:tū qꝛ nō magis appet repugnantia ex pte volitiōis ꝙ̃ visionis:⁊ maxime itellectualis:tū qꝛ frequēter ad clarioꝛē ⁊ pfectioꝛē notitiā rei sequiṫ itēsioꝛ volitio:vt.s̄.tactū est.añs pʒ:cū aliqd ꝑ visuʒ a remotis appropinquat vidēti ⁊ fm maioꝛē appropinq̄tionē clarius vꝫ.Itē cū visibile remissuʒ actu visuʒ ꝯtinue intēdiṫ ⁊ clarius ac pfecti⁹ vꝫ in quo casu euidēti⁹ pōt argui ꝙ visio fiat ptibilr.nā ꝯtinue noue ptes coloꝛis fm itēsionē gñanṫ in eodē subto ꝑ cū pcedentib⁹:⁊ illo vtiq̄ sicut ⁊ alie videnṫ ⁊ nō ꝑus videnṫ ꝙ̃ sint.certū est:nec ꝑus sunt ꝙ̃ videanṫ.pʒ p Aug.14.de tri.dicētē quedā cognoscibilia simꝉ cū cognitiōe eē icipiūt:velut si aliqd visibile qō oino nō erat ante oculos nr̄os oꝛiaṫ cognitionē nostrā vtiq̄ nō pcedit:aut si sonet aliqd vbi adest auditoꝛ simꝉ pfecto incipiūt eē simulq̄ʒ desinūt ⁊ sonus ⁊ ei⁹ auditus:⁊ istud qō vltimo positū est optime valet ēt ad ꝑncipale ppositū.nā sicut locutio exterioꝛ successiue foꝛmaṫ sic ⁊ audit⁹ successiue gñaṫ.pʒ ēt hui⁹ rōne.nā alias actiuū nāle staret per tēp⁹ in sufficiēti dispōne ad passuʒ sufficiēs ceteris reqsitis ꝯcurrētib⁹ anteꝙ̃ ageret.simul ḡ duʒ ille ptes coloꝛis fiūt videnṫ:⁊ sicut successiue fiūt sic successiue videnṫ.⁊ ꝯstat ꝙ non ea visione pcise qua ꝑoꝛes videbanṫ:sicꝰ pʒ ex auctē ꝑallegata.⁊ ēt rōne:qm̄ visio vni⁹ rei nō pōt nālr fieri visio alteri⁹.igiṫ aliq̄ visione ptiali.nō aūt ꝑexptē:qꝛ nulla visio nālr pcedit reʒ visaʒ cū q̄libet a re visa causeṫ fm Aug.xi°.de tri.Et sīr li°.14°.vbi.s̄.ꝑximo.

C.11°.10°

ca.3°

Itē in alio exēplo efficaciter idē ꝯuinciṫ.Si.n.ad magnū visibile cui⁹ ptē tñ qs videat per aliqō foramē moueaṫ motu ꝯtiuo ante foramē illō vbi.g.a dextro in sinistruʒ:pars ꝑ⁹ visa successiue exibit oppositionē oculi ⁊ occltabit sibi:⁊ alia ꝑus nō visa succedet:⁊ qꝛ ꝯstat ꝙ succedēs nō videbiṫ visiōe pcedētis:nec ipa tota sīl succedat:sʒ p ptē añ ptē:seqꝰ ꝙ noua visione ptibilr ⁊ successiue acq̄sita videbiṫ:qō est pbādū.

Obōes ꝯ 2ᵐ ꝯᵈ

Cōtra istā ꝯnē sūt rōnes aliquoꝝ tenētiū ꝙ act⁹ diligēdi sit ipartibilis oino:q̄rū ꝑ⁹ est:qm̄ si eēt ptibilis:⁊ p ꝯñs in ifinitū diuisibilis in remissi⁹.seqꝰ ꝙ in dilectiōe q̄ qs diligit deuʒ ꝯtineaṫ aliq̄ ps remissioꝛ ⁊ iperfectioꝛ actu dilectiōis:q̄ qs diligit muscā.⁊ cū quelibet ps dilectiōis sit dilectio:seqꝰ ꝙ aliq̄ dilectio dei sit iperfectioꝛ vel saltē minus pfecta dilectiōe musce:qō vꝫ absurdū.

ꝑᵐ

2ᵐ

2° sequereṫ ꝙ qs sīl idē obm diligēt pfecte ⁊ ipfecte:toto sigdē actu pfecte:⁊ pte act⁹ ipfecte.Et sic btā virgo ita ipfecte deū diligēt:sicꝰ vn⁹ ali⁹ minime deo car⁹.

3ᵐ

3° sumanṫ due dilectiōes diuersarū rōnū:⁊ q̄ro an qōlibet idiuiduū vni⁹ illaꝝ spērū est pfecti⁹ q̄libet idiuiduo alteri⁹ spēi:aut nō.si nō.igiṫ spēs nō sūt sicꝰ nūeri.ꝯ pbm.8° meta.si sic.igiṫ vni⁹ illaꝝ dilectionū q̄lʒ ps pfectioꝛ est alia dilectiōe.⁊ vlteri⁹ cū q̄lʒ ps hēat in se ptes ꝓpoꝛtionales ifinitas.seqꝰ ꝙ q̄lʒ ꝯtinet in se ptes infinitas:q̄rū q̄lʒ est pfectioꝛ alia certa dilectione:vtpote illa altera ꝑ⁹ sumpta:⁊ si sic:q̄lʒ igiṫ est ifinite pfecta:qō ē fīm.

T.c.10.

Ad ꝑᵐ

Ad ꝑᵐ dōm ꝙ in vltimo ꝯñte cōpō pōt accipi fm ꝓpoꝛtiōalitatē:vt sit sensus:ꝙ aliq̄ dilectio dei est min⁹ ipfecta i sua spē ꝙ̃ sit aliq̄ dilectio certa data musce in spē sua.⁊ i illo sensu ꝯñs nō est icōueniēs:⁊ pōt 2° accipi fm ꝓpoꝛtionē vni⁹ ad alterā:⁊ tūc nego ꝯñaʒ:loquēdo de pfectione nāli:nō de gratuita.dico.n.ꝙ q̄lʒ ꝙ̃tūcūq̄ʒ remissa dilectio dei pfectioꝛ est ꝙ̃tūcūq̄ʒ itēsa dilectiōe musce:sicꝰ q̄lʒ ꝙ̃tūcūq̄ʒ remissa itellectio albedis pfectioꝛ est ꝙ̃tūcūq̄ʒ pfecta vel itēsa de nigredine.

Ad 2ᵐ

Ad 2ᵐ dōm ꝙ ly.ipfecte pōt capi duplr.vno mō negatiue:ita ꝙ ly in.equaleat negatiōi:vt sit sensus ꝙ qs pfecte diligeret deū ⁊ nō pfecte diligeret deū:⁊ tūc ꝯñaʒ nego.nec pbatio valʒ ad hūc sensuʒ:vt pʒ.alio mō pōt capi remisse vt sit sēsus ꝙ pfecte vꝉ itēse ⁊ remisse diligeret deū:⁊ sic adhuc pōt negari ꝯña:ꝙ̃uis possit ꝯcedi ꝙ itēsa ⁊ remissa dilectione diligit deū:sicꝰ ēt ꝯcedi pōt ꝙ idē subm est calidū caloꝛe itēso ⁊ caloꝛe remisso:q est ps itēsi:⁊ tñ ex cōi vsu nō ꝯcediṫ ꝙ idē ē itēse ⁊ remisse calm:qcqd ꝯcedēdū foꝛet de ṽtute fmonis:sicꝰ dcm̄ est in ꝑ di.17.vbi q̄riṫ an itēsio coꝛpalis foꝛme fiat p acq̄sitionē noue ptis foꝛme.art.2° in rñsione ad 6ᵘᵐ rōnē alteri⁹ opi.si qs aūt velit ꝑ⁹ eūdē sensum faceꝰ cū 2° de quo nolo ꝯtendꝰ:tūc ꝯcedo ꝯñtiā:⁊ ꝯñs tam ꝑᵐ ꝙ̃ 2ᵐ:nec tñ ex illo 2° seqꝰ ꝙ btā virgo nō pfecti⁹ diligat ꝙ̃ ille minime deo carus:ꝙ̃uis ēt ⁊ illa 2° ꝯña nō valeat de vir.ser.pp ly sicꝰ.qō hʒ vim ꝯfundēdi:⁊ iō hꝰ est falsa.aliq̄ dilectio ṽginis est ita remissa vꝉ parua:sicꝰ dilectio illi⁹ mime deuoti:qm̄ q̄libet dilectiōe vꝉ pte dilectiōis ṽginis est aliq̄ ps dilectiōis mime deuoti remissioꝛ:⁊ pp eādē cāʒ nō est ēt eꝯ ꝯcedēdū ꝙ aliq̄ ps dilectiōis illi⁹ sit ita remissa sicꝰ ps dilectionis virginis.

Ad 3ᵐ

Ad 3ᵐ dico ꝙ qōlʒ idiuiduū spēi pfectioꝛis ē pfecti⁹ q̄lʒ idiuiduo ipfectioꝛis spēi.⁊ vlterius ꝯcedo ꝙ q̄libet ps dilectiōis pfectioꝛis spēi ꝯtinet ifinitas ptes:q̄rū q̄libet est pfectioꝛ ⁊c̄.sʒ nego ꝯñtiā qua ifertꝰ.igiṫ est infinite pfecta:⁊ rō est:qꝛ cōpatio fit iter ea que sūt alteri⁹ rōnis:in qb⁹ nō valet talis ꝯña:sicꝰ declaratū est in.q.pxīe allegata in rñsiōe ad 8ᵘᵐ rōnē opi.alteri⁹.vñ sīles rōnes pñt fieri ꝙ nlla coꝛpalis foꝛa sit ptibilr acq̄sibiꝉ loq̄ndo de ptibilitate itēsiua:cui⁹ opᵐ:vt puto:ē i ꝑ.d.17.sufficiēter ostēsum.

3° ꝯ

3ᵘᵐ ꝯnē pbo sic.pōle fuit angelū anteꝙ̃ peccauit habere charitatem.⁊ pmū eius peccatuʒ fuisse

mortale.igit̃ poſe fuit vt in aliq̃ inſtanti p̊ peccaret.ꝯña pꝫ:qꝛ añte poſito in eē ſequit̃ ꝙ in inſtanti aliquo p̊ pec cauit.ſ.in eo quo p̊ eiꝰ charitas nō fuit.añs ſm oēs verū eſt ꝛ p̊fertiꝫ ſm docto.opi.oppoſite.cū ēt teneat ꝙ de facto angelus fuit creatus in charitate ꝛ eā per pctm̃ perdidit:ſicut pꝫ liº ſuo.2.d.3.ꝙ aūt illud fuerit p̊m pctm̃ quo ꝑdidit charitatē certū eſt ſm oēs.

2ᵐ ¶ 2º aliq̃ volitionē malā potuit angelus ſil' totā de nouo elicē ꝛ anteq̃ illā eliceret nullo mō alias peccaſſe.igit̃ potuit in aliq̃ inſtāti p̊ peccare.ꝯña eſt euidēs:ꝛ añs quo ad p̊m ꝑtē pꝫ.tum ex pºꝯne:tū qꝛ volitiōi ſiue bone ſiue male nō repugnat totā ſiml' eē ēt ſm opi.oppoſitā que ꝯcedit ꝙ poſtq̃ eſt ꝑfecta durat ſine motu ꝛ augmētatione nec agenti repugnat totā ſiml' ꝓducē:cū nec nãli agēti repugnet:ꝗnimo vbi nō eēt repugnātia qḋ ſucceſſiue facit faceret totū ſil:ꝛ poſe fuit in voluntate angeli nullā reſiſtentiā eē reſpectu male volitiōis.igit̃ ꝛ ipſe potuit ꝓducē totā ſil. Nūc eēt rñdēdū ad rōnes op.alteriꝰ:ſꝫ qꝛ plures ex eis iplicāt difficlatē ꝑtinētē ad arᵐ ſequē.iō vſq̃ tūc differant.

2ᵘˢ arti. **Quantū** ad 2ᵐ artiᵐ eſt ēt diuerſitas opi.ꝛ vtriq̃ parti fauent multi.mihi aūt vꝫ ꝙ ꝓbabilius dicāt tenētes ꝙ angelus potuit in p̊ inſtanti mereri ꝛ potuit ēt peccare.rō que mouet me eſt:qm̃ oē qḋ hūit

p̊ᵐ angelus qñ peccauit nec̃io reqſitū ad h̄ ꝙ poſſet peccare habuit vel potuit hr̄e in p̊ inſtāti.igit̃ ꝛ in p̊ iſtāti potuit peccare:ſilr oē qḋ habuit angelus qñ meruit reqſitū ad poſſe mereri habuit vel hr̄e potuit in p̊ inſtāti.igit̃ ꝛ poſſibile fuit ipm̃ mereri.ꝯña vtraq̃ clara eſt:ꝛ añs facilr declarat̃.nā ex ꝑte itellectꝰ eq̃lē ꝛ eandē habuit notitiā vel hr̄e potuit cū notitia ſit ꝓducibilis in inſtāti:vt prehabitū eſt:ꝛ cuiuſlibet talis oēs ꝑ ſe cāe potuerit eē in p̊ iſtāti:ſic pꝫ diſcurrēdo:ſilr eque potēs ꝛ libera fuit volūtas in pnº ſic tūc:ꝛ grām potuit ita deꝰ tūc infundē ſicut poſtea. Qḋ dcm̃ eſt de notitia ꝯfirmat̃ ex itentiōe Aug.

cap.10. 2º de ci.dei.vbi dic̃.ꝙ nullo mō ſm ſpatiū tp̄is p̊us erāt ſpūs illi tenebre quos angelos dicimus:ſꝫ ſil' vt facti ſūt:lux facti ſunt:nō tm̄ ita creati vt quoquo mō viuerēt:ſꝫ ēt illuminati vt ſapiēter beateq̃ viuerēt.ab hac illuminatione auerſi qdā angeli nō obtinuerunt excellētiā ſapientis beate vite que ꝓculdubio nō niſi eterna eſt:eternitatiſq̃ ſue certa atq̃ ſecura.Ex his pꝫ ꝙ eā ſapiam ꝛ notitiā a qua mali ceciderūt ipſi in ſuo initio habuerūt. Qḋ vō dcm̃ eſt de ptāte ac libertate ſue volūtatis nō cadit in dubiū.

2ᵐ ¶ 2º chāis ſm aiam meruit in p̊ inſtāti ſue creationis.igit poſe fuit ꝙ angelus in p̊ iſtāti meruerit:ꝛ ſilr ꝙ peccauit.ꝯña pꝫ.añs ꝓbat̃ ex itētione magri.3º ſen.di.18.vbi vult ꝙ chāis ſm aiaꝫ ab initio ſue ꝯceptionis meruit nec ꝓfic̃ in meritis potuit:ſicut ꝓbat ibidē auc̃te Greg.nec pōt gloſari ab initio.i.imediate poſt initiū:qꝛ vel meruiſſet imediate poſt in inſtāti:ꝛ tūc iſtāti imediatū fuiſſet inſtās:aut in tp̄e imediato:ꝛ tūc ꝓfeciſſet in merito ꝯtra magrm̃.

Scđo Tho. pº pte. q. 63.art.6. ¶ Cōtra iſtā ꝑtē plures fiūt rōnes.due tñ ſūt potiores:ꝛ arguit̃ p̊ ſic.ſi peccaſſet in p̊ iſtāti deꝰ fuiſſet cā ſui peccati:ſꝫ ꝯñs ē ipoſe.g̊ ꝛ añs.ꝯña ꝓbat̃:qꝛ oīs opō que ſil' icipit cū eē rei eſt ei ab agente a

2ᵐ quo hꝫ eē:ſic moueri ſurſuꝫ eſt igni a gñante. ¶ 2º angelus nō potuit in p̊ inſtāti hr̄e ꝑfectā deliberationē.igit̃ nec in p̊ inſtāti peccare.añs ꝓbat̃:tū qꝛ deliberatio reqrit ꝯſiliū ꝛ ſyllm̃ practicū q nō pōt eē niſi circa futura ꝛ ex ꝓpōnibꝰ de futuro:tū qꝛ ad talē deliberationē nec̃io

Aureolꝰ li.2.di.4.q.2. reqrit̃ determinata ſnīa intellectꝰ ſequēs oppoſitas eſtimatiōes.nā ꝑfecta delibatio eſt diſcurſus accipiēs vtrāq̃ partē ꝯdictiōis.ꝛ hic eſt ꝙ bruto non iputat̃ actus:qꝛ eſtimationes de vtraq̃ ꝑte ꝯdictionis hr̄e nō pōt.angelus aūt nō potuit hr̄e in p̊ inſtāti ſniaꝫ ſequētē eſtimationes oppoſitas vt intelligat ꝯnem affirmatiuā vt in vno pnº ꝛ negatiuā in alio.alias illas habuiſſet ſil:ꝛ per ꝯñs ſil' habuiſſet oppoſitos ſyllogiſmos.

Ad p̊ᵐ ſ. Thome ¶ Ad p̊ᵐ ſi ꝯñs itelligat̃ ſic ꝙ deꝰ fuiſſet cā imediata ꝛ totalis illiꝰ peccati:aut fuiſſet angelo cā eliciēdi illū actuꝫ malū:in quoꝝ altero ſenſu ipm̃ dꝫ icōueniēs reputari:ꝛ in quo ſenſu nō ꝯcedit̃ deū eē cām pctōꝝ:nego ꝯñam illā.Et ad ꝓbōnē dico ꝙ qcq̃d ſit de opōne nãliter ꝯñte de qua ēt non eſt vera ꝓpoſitio aſſumpta:vt alias videbit̃.de libere tamē elicita nō hꝫ apparentiā.

Sco.i re porta.liº. 2.diſti.4. cap.4. ¶ Cōfirmat̃ rñſio:qm̃ vt dicit quidā doctor hanc ꝯñtiaꝫ ſnialr Aug.vꝫ negare.2.de ci.dei.vbi dicit.ꝙ illi qui dicunt ꝙ diabolus nunq̃ fuit cū ſanctis angelis btūs.illa.ſ.beatitudine ipfecta nō excellenti ꝛ eterna de qua in pnº ꝓxime allegate auc̃tis locutꝰ eſt.ſuo recuſans ſubditus eē creatori ꝛc̃.nō ꝯſentiūt manicheis qui ſentiunt ꝙ diabolus ſuā quādā ꝓpriā tanq̃ ex aduerſo quodā pnº habeāt nãm mali:ita ꝙ ſm Aug. nō ſequit̃ ꝙ ſi peccauit ab initio fuit ex aduerſo ꝛ malo pnº:ac ꝑ h̄ ſtāt ſiml' ꝙ peccauit ab initio:ꝛ tñ fuerit ꝓductꝰ a deo bono:qui nō fuerit cā mō p̊dicto ſui peccati.Et

cap.32. h̄ expꝛſſe ꝯfirmat̃ ex eo qḋ ait.2.ſuꝑ Geñ.ꝙ putat̃ iquit nunq̃ diabolus in veritate ſteriſſe nunq̃ cū angelis beatā duxiſſe vitā:ſꝫ ab ipſo ſue ꝯditiōis initio cecidiſſe:nō ſic accipiēdū eſt vt nō a ꝓpꝛa volūtate depꝛauatus ſꝫ malus a bono deo creatus putet̃:aliogn nō ab initio cecidiſſe diceret̃:neq̃.n.cecidit ſi talis eſt factꝰ:ſꝫ factꝰ ꝯtinuo ſe a luce veritatis auertit ſuꝑbia tumidus ꝛ ꝓpꝛie ptātis dilectiōe corruptus:vñ beate atq̃ angelice vite dulcedinē nō guſtauit.Quā nō vtiq̃ acceptā faſtidiuit:ſꝫ nolendo accipeꝛe dſeruit ꝛ amiſit.Et ſubdit.nō ex eo qḋ acceperat cecidit:ſꝫ ex eo qḋ acciperet ſi ſubdi voluiſſet deo:qḋ ꝓfecto:qꝛ noluit ꝛ ab eo qḋ accepturꝰ erat cecidit ꝛc̃.apparet.n.ꝙ iſta v̊ba clauderēt ꝯdictoria:ſi nec̃io ſequeret̃ diabolū eſſe creatū a deo malū poſito ꝙ in p̊mo inſtāti peccaſſet ꝛ fuiſſet malus.

Confir. ¶ P̄.Sic idē doctor dic̃:ꝛ hñ:ſi rō illa valeret:ita poſſet argui ꝙ nūc de facto deꝰ ſit cā cuiuſlibet peccati:qm̃ nō ſolū cāꝫ p̊mo creat aiam:ſed ꝛ ſemꝑ poſtea donec illā ꝯſeruat eſt cā eiꝰ:qḋ ſi nō ſequit̃ ipm̃ ex h̄ eſſe cām peccati:ſic non ſequit̃ ſi angelus tunc in p̊mo inſtāti peccaſſet.

Ad 2ᵐ qḋ fuit Aureoli Richar in q̃l.2.q.6. ¶ Ad 2ᵐ diſtinguēdū eſt de deliberatione:vt qdā alius doctor diſtinguit.nā duplex eſt deliberatio.vna que eſt cū ꝑfecta inueſtigatione alicuiꝰ dubij:pro quo hēt argumētū ad vtrāq̃ partē ꝯdictiōis:alia que eſt perfecta cognitio vel aſſenſus reſpectu p̊ncipij practici vel cōcluſionis:p̊ma nō requirit̃ ad actū meritoriū neq̃ ad demeritoriū:ſed ſufficit ſcđa cū libertate arbitrij ad cōformiter eliciendū volitionem ꝛ nō eliciēdū.ꝛ talis vtiq̃ eſſe pōt in inſtanti:ex hoc pꝫ ad argumētū:qm̃ ſi añs ſumat p̊mo mō deliberationē:ꝯñtia nō valet.Si aūt ſcđo mō ipm̃ eſt falſum. ¶ Ad p̊mā ꝓbationē dicendū ꝙ non requirit̃ tale cōſiliū:cū habet̃ ſufficiens cognitio cōcluſionis:imo ſuperfluū foret cū non ꝓpter aliud habeat̃ cōſiliū.Et ſimili mō dicendū eſt ꝙ nō ſemꝑ requirit̃ talis ſyllogiſmus de futuro:nec ꝙ eſtimationes ille oppoſite p̊cedāt:vt in ſcđa ꝓbatiōe ſumebat̃:ꝗnimo in hoie ꝑfecte virtuoſo nō p̊ueniūt tales eſtimationes:q̃uis in nō ꝑfecte habituato velut in icōtinēte p̊ueniant. ¶ Nūc ad rōnes opi.in p̊cedēti articulo reprobate.

Ad rōes hīb.in pº artº.10 vbi ſupra ¶ Ad p̊mā q̃uis ꝯña negaret̃ a multis gcquid ſit de ea.dico ꝙ ꝯñs nō eſt falſum:vñ dico ꝙ angelus potuit peccare in p̊mo inſtanti:ꝛ ſi aliquis nō crearet̃ cum ſufficiēti notitia ꝛ arbitrij libertate poſſet in p̊mo inſtāti peccare.cū probatur ex modo arguendi Aug ꝙ conſequēs ſit falſum.dico ꝙ ad itētionē Aug.ſufficit ꝙ illud bonū qḋ vitiū corrūpit vl minuit p̊ceſſerit nã:nec opꝫ ꝙ

pcesserit tpe:illō āt bonū diminutū ē aptitudo ad btitudinē ɔsequēdā:qm per pctm̄ reddit̄ nā bona min⁹ apta ꝛ idonea ad illā. Et illud eē itētionis sue pȝ ex pn⁹ illius capli ꝛ argumētationis:vñ querēs cām miserie maloꝝ angeloꝝ.d.ꝙ fuit auersio ab eo q̄ sūme ē.addit h̄ pm⁹ ō fect⁹ ꝛ p⁹ inopia ꝛ p̄m vitiū ei⁹ nāe:q̄ ita creata est vt nec sūme eēt:ꝛ tn̄ ad btitudinē h̄ndā:eo ꝙ sūme est frui posset a quo auersa:nō q̄dē nulla ſȝ tn̄ min⁹ eēt atqȝ ob hoc misera fieret:vñ ꝛ cu postea in ɔsecutione pbat ꝙ mala volūtas nō potuit alicui nāe eē sempiterna intelligit ꝙ nō potuit eē ei sempiterna q̄si cōnālis seu ɔñe ipsaȝ naturalr:sic Manichei opinati sūt de q̄busdā naturis:tūc eni nō vitiasset eā nec minuisset bonū ei⁹ puādo aliquo bono habito aut reddēdo min⁹ aptā ad habēdū. Jā eniȝ nō fuisset apta ad aliqd icōpoſſe mali voluntati:sic nulla res nālr apta est ad aliqd icōpoſſe ei qd̄ sibi nālr iest.opȝ ḡ si sibi noceat ꝙ vl actualr aliqd̄ bonū habuerit quo puat̄:vel habuisset:aut nata fuisset hīe qd̄ nō hēt:ꝛ ad qd̄ min⁹ potēs ē nō q̄ȝ fuerit seu q̄ȝ fuisset ꝛ potuit eē si nō peccasset:ꝛ ad h̄ vt dcm̄ ē:nō reqrit̄ pcessio tp̄is:ſȝ suffic̄ pcessio nāe:alijs ēt modis pōt itelligi pctm̄ adimē bo^m sic in p̄.d.17.vbi agit̄ de diminutiōe charitatis in solone

ad ɔfir. cuiusdā rōnis est dcm̄:ſȝ ad ppositū ista sufficiāt. ❡ Ad aliā pbationē dōm ꝙ Aug.nec intēdit nec innuit ꝙ si angelus peccauit in p̄ istāti sequat̄ pctm̄ illi fuisse nāle:cū expsse:vt antea allegatū est:dicat in pcedēti.c.ꝙ dicētes illud nō ɔsentiūt manicheis qui sentiūt ꝙ diabolus habeat quādā ppriā nām mali ꝛc̄.ſȝ sic clare pȝ legēti statim ɔsequēs errorē māicheoꝝ ꝛ auctes scripture:q̄s ad suū errorē extorquere nitunt̄ expōnēs dic̄ ꝙ ēt p se illā allegatā canonice Joā.idicūt:ꝛ tūc addit ꝙ nō itelligūt si nā talis est nullo mō eē pctm̄. Ex q̄ dico:vt manifestū est ꝙ vult p auctē ab eis iductā ɔ̄ eos inferre ꝙ nō nālr diabolus peccat vl malus ē:nō aūt ɔ̄ eos q dicebāt ipm

Ad 2^m spōte ꝛ ppa volūtate peccasse. ❡ Ad 2^m ēt ɔcedo ɔñs si haberent sufficiētes noticie. ❡ Ad pbōnē dico ꝙ aliqs pōt duplr dici amittere iustitiā.vno mō q̄ȝ quā hūit nō hȝ.alio mō q̄ȝ nō hȝ quā hīet.hāc distictionē in sili innuit

cap.32. Aug.2.sup Gen̄.vbi ɔseqnēs illā opi.ꝙ diabolus ab initio suo peccauit:ꝛ docēs quō tūc itelligēduȝ est cecidisse igr.beate ꝛ āgelice vite dulcedinē n̄ gustauit quā nō vti q̄ȝ acceptā fastidiuit:ſȝ nolēdo accipe deseruit ꝛ amisit. ꝛ sbdit.ꝙ n̄ ex eo qd̄ accepat cecidit:ſȝ ex eo qd̄ accipet si subdi voluisset deo:vt ēt supi⁹ recitatū ē. Tūc cū sumitur.nullus pōt mereri:nisi qui pōt iustitiā amittere.dico ꝙ si accipiat̄ amittē determiate in p̄ sensu:ppositio absolute nō est vā:nec eā pbat dcm̄ Ans.talis.n.est in ppa forma rō ei⁹.si nō potuerūt peccare nō ptāte:ſȝ necītate suauerūt iustitiā:q̄re si nō ptāte ſȝ necītate seruauerūt iustitiā:nō magis meruerūt grāȝ a deo:q̄ȝ steterunt alijs cadētib⁹ q̄ȝ q̄ȝ seruauerūt rōnabilitatē quā pdere nequiuerūt.h̄ aūt ɔñs hȝ Ans.p icōueniēti supponēs eos habuisse iustitiā añ casū maloꝝ:ꝛ p ɔñs ex opposito ɔñtis sic vult inferre āgeli boni meruerūt suādo iustitiā quā hēbant.igit̄ illā nō necītate ſȝ ptāte seruauerūt.igit̄ eaȝ nō suare potuerūt.ꝛ vltra.ḡ peccare potuerūt:qd̄ est intētuȝ.nūc āt pȝ ꝙ ɔcesso hāc ɔñaȝ eē bonā.āgeli potuerūt iustitiā nō habitā seruare vel potuerūt amittere.igit̄ potuerūt peccare.nō est ɔñs vt ɔcedit̄ hāc eē bonā ɔñtiā:angeli nō potuerunt iustitiā habitā amittere.igit̄ nō potuerūt peccare:cū argumētatio ex opposito añtis non teneat grā forme:ꝛ p ɔñs nec illa est silr vā.nullus qui nō

Confir. pōt iustitiā quā hȝ amittere pōt mereri. ❡ P̄. Ans.nō infert.si nō ptāte ſȝ necessitate seruauerūt iustitiā.igit̄ nō meruerūt absolute:ſȝ nō meruerūt ingq̄ȝ steterūt.i.ex h̄ ꝙ steterūt ꝛ ɔseuerauerūt in iustitia habita:nunc aūt nō est ɔñs.nō meruerūt ex eo ꝙ steterūt.igit̄ nō meruerūt. Sȝ eȝ hñ.sic ēt no sequit̄.no meruerūt:q̄ȝ seruauerunt rōnalitatē.igit̄ nō meruerūt.ſȝ eȝ.nō ondit̄ igr ex dcō Ans.ꝙ hec sint icōpossibilia.angeli meruerūt.angeli nō meruerūt suādo iustitiā quā hūerūt:nec ēt ista.angeli meruerūt.igit̄ potuerūt amitt̄ iustitiā quā habuerunt:ac p h̄ vt illa vnālis assūpta nō pbat̄ ex dictis eē vā.si vō accipiat̄ amittere cōiter ꝛ idifferēter s̄m p̄m vel 2^m sensuȝ.q̄cq̄d sit de maiore.dico ꝙ minor est falsa:nec pbatio valet:q̄ȝ pcedit in p̄ sēsu tm̄. ❡ Ad 3^m nego ɔñaȝ: Ad 3^m

ꝛ ad pbōnē pōt duplr dici. Uno mō vt ibi di. Et cū af ɔ̄.dico ꝙ nō seq̄t̄ si sūt eiusdē spēi.ꝛ vn⁹ pducit̄ in istāti ꝙ alius pducat̄ in instāti.nā est poſſe ꝙ vna lux pducat̄ in instāti eiusdē rōnis cū alia que pducta est in tpe:ꝛ silr ē poſſe de alijs formis gēibilib⁹:nec pbatio valet:q̄ȝ nec acgri in instāti nec acgri in tpe ē ex his que ɔueniūt eēntialr hōi spēb⁹:xū tā h̄ q̄ȝ illo mō poſſit acgri. Scdō posset dico ꝙ illo casu dato:q tn̄ nō est poſſis:nisi p potētiaȝ dinā:illa dilectio pducet̄ seu erit pducta tota sil:ꝛ tn̄ in nullo istāti erit p̄ pducta:ꝛ nullū tps erit anteq̄ȝ sit pducta:sic in sili declaratū est in p̄ di.17.pt.2.q.1.art.2. ❡ Ad

Ad 4^m 4^m ɔcedo p̄m ɔñs.ꝛ ad 2^m qd̄ iferi ēt vlteri⁹ dico ꝙ aliud est actū meritoriū eē in instāti vel per tempus:ꝛ aliud est actum meritoriū eē meritoriū in instanti seu per instans vel per tēpus.nā per aliqd̄ tēpus ꝛ in aliquo instāti in quo pus nō fuit act⁹ meritorius est in quo nō est meritorius:aut si est meritorius nō est meritorius alterius premij q̄ȝ pus fuit:quāuis eni volūtas poſſit elicere virtuose actuȝ meritoriū in instāti:nō tn̄ in quolibet alio instanti sequēte pōt iam elicitū scienter ꝛ libere quātū est ex se deserere aut aliū elicere:sed est dare aliqd̄ tēp⁹ ita breue:infra qd̄ nullo modo pōt desistere ab actu iam elicito aut nouū elicere:quātū est ex se dico ꝛ sciēter:ſȝ casualiter forte aut supnāliter imissa aliq̄ notitia aliud contingere posset.infra tēpus aūt hō q̄uis in quolibet instāti act⁹ sit ꝛ in quolibet sequēte diuti⁹ fuerit q̄ȝ in aliquo pcedētiū:nō tn̄ in quolibet est magis meritorius q̄ȝ fuit in p̄mo:imo nec forte meritori⁹:aut si meritorius:nō tn̄ noui seu distincti p̄mij:ꝛ ex h̄ sequitur ꝙ nō ex quātalibet continuatione actus meritorij actus est maius meritū seu maioris premij meritorius q̄ȝ fuerit in p̄mo instāti sui eē. Cū ergo 2° infert̄ ꝙ poſſent eē duo merita eq̄lia:quoꝝ vnū eēt per instās aliud per tēpus.si itelligat̄ ꝙ vnū eēt per instās:ꝛ aliud per tēpus:nō video h̄ eē incōueniēs.si vō itelligat̄ ꝙ eēnt eq̄lia.i.eque seu equalis premij meritoria:ꝛ vnū tn̄ eēt meritoriū tm̄ per instās:aliud vō eēt meritoriū per tēpus ceteris paribus. h̄ pōt intelligi duplr. Uno mō ꝙ eēt ɔtinue meritoriū per tēp⁹ ꝛ nō maioris p̄mij q̄ȝ aliud qd̄ eēt meritoriū tm̄ per instās:ꝛ tunc nego ɔñtiā ppter falsaȝ iplicationē cōsequētis.vȝ aliquē actū eē meritoriū per aliqd̄ tps ɔtinue:vel pōt eē sensus ꝙ vnū meritū per aliqd̄ tps nō eēt maioris p̄mij meritoriū q̄ȝ aliud eēt per instās:ꝛ h̄ ego cōcedo sicut ego cōcedo ꝙ per aliqd̄ tēpus idē actus nō est magis meritorius q̄ȝ fuit in instāti p⁹ quo fuit. ❡ Sȝ tunc ɔtra h̄ est:q̄ȝ tunc videt̄ ꝙ ɔtinuatio actus meritorij nihil prosit:q̄nimo obsit ꝛ ꝙ expediret frequēter interrumpere actū ꝛ deserere p̄mū ꝛ nouū elicere. ❡ Ad h̄ dico ꝙ nec oīs ɔtinuatio actus prodest:vtputa illa que nō est libera:ꝛ cū sciētia vt est ea que est per tēpus illud breue nō pceptibile:nec ēt nulla pdest ſȝ aliq̄:vtpote ea q̄ ex scia ꝛ libertate pcedit:sic cū qs sciēter pōt ꝛ libere ex se desistē ab actu elicito ꝛ aliū elicē:qd̄ ɔuenit in eo q vltra tps sibi ipceptibile ɔtinuat actū ꝛ de tali ɔtinuatiōe di-

co q no min⁹ merer̃ sic ↄtinuās actū q̃ si nouū eliceret: & magis expedit sic ↄtinuare q̃ interrumpe vt nouū eliciat: qm̃ g sic iterrūperet exponeret se piculo nō resumēdi actū tā cito: & tñ si pluries resumeret nō plꝰ mererer̃ q̃ si eq̃lē actū spōte ↄtinuaret p tātū tps i q̃to totiēs posset nouū actū elicē.

Contra — ℂ Dices. ponar̃ q deꝰ in q̃libet instāti illiꝰ tpis ipceptibil' ifunderet sufficiētē notitiā aut in aliq̃ vno ifunderet tā pfectā q ipe angelus in q̃libet istāti illiꝰ tpis posset scieter illū actū delerē & aliū elicē: tūc sequir̃ q in q̃libet tātū merebir̃ nouū pmiū q̃tū i p instāti: & per ↄñs in q̃lz pte tpis merebir̃ pmiū ifinitū.

Rñsio — ℂ Rñ: q ↄñs nō ē minꝰ pole aut minꝰ ↄcedēdū aut magis ipole vel negādū q̃ casus g dar̃: & iō gcūq casuz admitteret tanq̃ polez ↄñr posset ↄcedē ↄñs. nec p nūc video icōueniēs seq. p̃s tñ cū ñ sit ipole deo creare pmiū ifinitū itēsiue: vt ex dcis i p. d. 44. patē pōt.

Ad 5m — ℂ Ad 5m pz: q2 2a ↄña nō valet: ad eiꝰ pbōnē assumir̃ flm. vz q i qcūq tpe pōt pl'ies tā grauiter peccare: sic in p istāti peccauit. nā ifra illō tps breue de q dcm̃ ē nō solū pl'ies: s3 nec sel posset nouū pctm̃ dmeritoꝛ elicē: sic nec nouū meritū: vt ē dcm̃.

Ad 6m — ℂ Et p idē pz ad 6m. nā sup eadē falsa imagiatione fundar̃. s. q p q̃lz istāti tpis i q actꝰ durat sit meritoriꝰ noui pmij.

Ad 7m — ℂ Ad 7m dōz q puniri grauiꝰ pt itelligi 2r. s. itēsiue & extēsiue s3 durationē pene. si p° ↄñs nō vz negādū: vñ forte vt dir̃ gdā doctor: gbusdā g eternalr puniūr̃ i iferno aliq ad tps itēsiꝰ puniūr̃ i purgatorio. si vo 2o tc nego ↄñaz & assūptū i pbōne silr. nā q̃m ad extēsionē pena debita mortali ifinite excedit penā veniali dbitā: cū huic eterna illi tpal' dbear̃.

Ad 8m — ℂ Ad 8m ↄcedo ↄñs: sic ēt ipse arguēs & q̃lz hz ↄcedē nisi velit ponē mediū iter totū tps in q ē in charitate & q caret charitate: ac p h i q vtraq ↄdictoꝛ sint falsa. Tūc ad pbōnē dōz q nō itēdit Aug. ponē tale mediū s3 durationē q̃le imagiar̃ ar. s3 solū vult dicē q talis trāsitꝰ ab vno opposito i aliō: siue potiꝰ sit trāsiēs nō dnoiar̃ ab altero oppositoꝝ: quēadmodū ↄsueuimꝰ denolare opōnes ab habitibꝰ dicētes hoiez taliter opari qñ s3 habitū quē hz elicit opōnē. v. g. vt dicit phs. 2. eth. tūc dicimꝰ grāmaticū gd grāmatice fieri qñ fit s3 eā quā hz grāmaticā. nūc āt cū gs ex vno opposito trāsit i aliō. v. g. i exēplo Aug. cū a sapia in stultitiā nō s3 sapiaz quā hz trāsit: vt pz: iō neq sapiēter. Itē nec s3 stultitiā: q2 i eo ñ erat stultitia q mediāte trāsiret: & iō neq stulte dr̃ trāsire: ac p h ↄcludit Aug. q ē dare mediū iter facere aligd sapiēter & facē stulte: q2. s. ↄuenit facē aligd neq3 stulte neq3 sapienter: nec tñ ex h ↄcludir̃ q sit aliqō tps vel istās mediū iter tps stultitie & sapie in q neq stultꝰ sit ille nec sapiēs: vt itēdit ar.

Ad 9m & 10m & 11m — ℂ Ad 9m & 10m pz ex rñsiōe ad 4m.

ℂ Ad 11m dōz q volet in tpe imediato & i nullo istāti p volz.

Ad 12m — ℂ Ad 12m pz ex dcis ad 4m.

13. & 14m — ℂ Et p eādē pz ad 13m.

6. phys. Cō. 32. — ℂ Ad 14m dico p q de volitiōe liba. & cū pbar̃ q nō ex auctē Cōmē. dōz q Cō. logr̃ de mutatiōibꝰ corporalibꝰ: ñ āt spūalibꝰ: & illō pz ibi tā ex exēplis q̃s ēt ex cā quā ptractat. vz de saluādo demrātiōez Ar. ad pbādū q oē moꝰ est diuisibile: eē vlez ad oēz mutationē. Cōstat aūt q phs nō logr̃ ibi nisi de corpalibꝰ mutationibꝰ nec sue pbōnes pnt spūalibꝰ adaptari: tū ēt q2 3o d aia. vt. s. hitū

Cō. 28 — ē Cō. expsse dir̃ oppm d itellectiōe: & silr phs. 2o dico q in casu ēt est pole dare pm instās volitiōis nālr sequētis apphēsionē: vtputa si subito cārer̃ talis apphēsio: qō saltē a deo posse fieri nullus catholicus vt puto negaret.

3° arti. Quantū ad 3m arm pono 4or ↄnes. p° est ptinēs ad di. 5. vz q oēs āgeli tā boni q̃ mali fuerūt creati in gr̃a & charitate. 2a q nō fuerūt creati cū btitudine pfcā. & h ptinet ad. 4. di. 3a q malꝰ āgelus ñ peccauit in p istāti sui eēz q ptinet ad di. 3. 4a q nō peccauit imeᵉ post pm instās: s3 mora fuit iter creationē & lapsum.

p° ↄ. Ad oppm est i. Tho. p. p°. q. 62. articu. 5. Ite3 ppo. breter. et multi alij tñ dicunt oppm eg. & pc. de tarantasia. — ℂ Primā ↄnē pbo. p auctē Dam. g ait i li. 2°. c. 3. p vbū dei creati sūt oēs āgeli & a spū scō p scificationē pfecti facti sūt s3 pportionē dignitatis & ordis illumiatiōe & gr̃a pricipātis. h vt pz māifeste d oibꝰ logr̃.

ℂ 2° idē p' auctē Aug. 12° d ci. di. c. 9. vbi ait. q āgeli sil' vt facti st ei a q facti sūt amore cū q facti sunt adheserūt: eo q sunt isti ab illoꝝ societate discreti q isti in eadē bona volūtate mānserūt: illi ab ea deficiēdo mutati sūt. Et de q̃li amore loqtur ifra explicat. Et istā igr bonā volūtatē gs fecerat nisi ille g eos cū bōa volūtate. i. cū amore casto q illi adhererēt creauit sil' eis cōdēs nām & largiēs gr̃az. ecce q cū amore casto creati sūt. amor aūt castus ē g a charitate pcedit.

Confir° — ℂ P̃. Expsse dir̃. & largiēs gr̃am: & ne aligs estimet eū h de bonis tñ velle itelligi. ppterea q2 imeᵉ sequir̃. vñ sine bona volūtate h est dei amore nūq scōs āgelos fuisse credēdū est. Attēde gd seqr̃ stati. Isti aūt ingt qui cū boni facti eēnt mali sūt ppa mala volūtate aut minorē acceperūt amoris diui gr̃az q̃ illi g i eadē pstiterūt: aut si vtriq3 boni eq̃lr creati sunt istis mala volūtate cadētibꝰ illi ampliꝰ adiuti ad eā btitudis plenitudinē: vñ se nūq casuros certissime scirēt peruenerūt. Ecce q illā gr̃az oibꝰ asserit collatā: q̃uis vtꝝ eq̃lr relinq̄t in dubio.

3m — ℂ 3° glo. & vi eē Diero. sup illō Osee. 30. diligūt vinacia vuarū. p vinacia ingt demōes g creati sūt in magna pinguedie spūs sci. magna piguedo spūs sci nō est nisi charitas. Multe alie auctes possent adduci: s3 iste sufficiant.

3 p° ↄo — ℂ Cōtra istā ↄnē sūt Ugo d sacra. li. p. part. 5. Itē magr̃ h. d. 5.

ca. 19. & 23. 2m — ℂ Cōtra h ēt vz Aug. p li. sup Gen. c. 2°. d. i. sr illo vbo. In pnꝰ creauit ds ce. & ter. vbi dir̃ q spūal' & corpal' creature ifoꝛmis mā dcā ē ce. & ter. spūalis vz vita sicuti eē pōt i se nō ↄuersa ad creatorē: tali. n. ↄuersiōe formar̃ atq pficir̃. ex h pz q p creata ē nō ↄuersa neq pfcā: & p ↄñs absq charitate.

cap. 28. — Itē li. 4. dir̃. q spūal' creatura post tenebras fcā est lux vbi itelligit a sua q̃dā ifoꝛmitate ad creatorē ↄuersa atq3 foꝛata &c.

3m — ℂ Argr̃ ēt rōne: q2 tūc angeli fuissent i statu merēdi: qō nō vz vex. tū q2 in āgelis añ pctm̃ nulla erat difficultas ad bñ volēdū. meritū aūt nullū ē vbi nulla difficultas. Et pp h dir̃ infra magr̃. di. 24. q q2 nihil erat qō ad malū ipelleret pm hoiez i statu inocētie: iō nō fuisset illi meritū ñ ↄsentire tētatiōi sic & āgelis dir̃ ipe g nō ceciderūt nō fuit meritū q steterūt: tū ēt q2 vz icōueniēs ↄcedē q diaboꝰ nūq actualr meruerit.

Ad pm — ℂ Ad pm dōz q nec magr̃ nec Ug. i hac pte tenēdus ē cū sci dicāt oppm.

Ad 2m — ℂ Ad 2m dōz q Aug. nō itelligit q pus tpe fuerit ifoꝛmis q̃ formata: s3 nā: sic manifeste pz p eūdē seips3 exponētē li. 5. ñ itaq3 igr tpali: s3 cāli oꝛdine pꝰ fcā ē ifoꝛmis foꝛabilisq3 māes & spūal' & corpal: de q fieret qō faciēdū eēt &c. Et sē' q foꝛationē suā pcessit nō tpe: s3 oꝛigie.

ca. 8. —

Ad 3m — ℂ Ad 3m ↄcedēdū ē ↄñs. ℂ Ad pbōnē pm sue falsitatis pōt dici q salua reuerētia magri ēt vbi nō sit difficltas actꝰ dilectiōis mediāte charitate elicitꝰ pt eē meritoriꝰ: qō efficaciter ↄfirꝰ ex eo q si pmꝰ hō nō peccass3 & hūisset gr̃az gratū faciētē potuisset mereri vitā eternā. nec puto q h aligs negaret.

Confir° ca. 5. — ℂ P̃. Anr̃. expsse i de casu dia. dir̃. q angeli boni meruerūt gr̃az: q2 steterūt & suauerūr iustitiā: & tñ i eis s3 Ma. nō fuit talis difficultas: alij ad idē rñdēt q & si i eis nō erat difficltas ex ↄrietate vl' iclinatiōe volūtatis i oppm. poterat tñ eē difficultas ex arduitate opis excedētis vtutē nāe q̃lis foꝛte ē diligē deū sup oia.

Ad ↄfir. — ℂ Ad 2m pbōnē sine temeraria assertiōe vider̃ posse pbabilr dici q p aliq̃ morula meruerit: nō tñ pseuerare. Et huic fauet dictū Aug. 2. de ci. dei. vbi dicit. q illud verbū Saluatoris dicentis de diabolo q in vitate nō stetit. Sic accipiēdū est q in vitate

ca. 15.

fuerit sȝ nõ pmãserit: ꝛ idẽ ẽt dič ꝺ correc. ꝛ grã circa me
diũ. Jtẽ vt .s. allatũ est ipe hũit amorẽ castũ ꝛ grãȝ: iõ vĩ
cap. 28. ꝙ meruerit. Jtẽ i Eȝe. scribit i me⁹ lapidũ ignitoꝝ ãbula
sti pfect⁹ i vijs tuis a die ꝯditiõis tue donec inuẽta ẽ iniq
tas i te. Que v̄ba cõiter spũalr itelligunt̃ de lucifero. nõ
vĩ ãt ꝙ pfect⁹ ãbulauerit: gn meruerit supposito ꝙ tunc
2⁹ ꝯ eẽt in charitate vt sci dicũt. ⁋ 2ᵃ ꝯ pbat̃ p q̃ ad malos:
qm̃ si fuissẽt creati cũ pfcã btitudie nũq̃ȝ illã pdidissent.
cap. 12. nã vt dič Aug. 2. ꝺ ci. dei. vtroq̃ꝫ ꝯiũcto efficit̃ btitudo q̃ȝ
recto pposito itellectualis nã ꝺsiderat vt ꝛ bõ icõicabili
bono qꝺ de⁹ ẽ sine vlla molestia pfruat̃: ꝛ i eo se i eternũ
eẽ mãsurũ nec vlla dubitatiõe cũctet̃: nec vllo errore fal
cap. 7° lat̃. Jta ꝙ ꝫȝ eũ ibidẽ ꝛ i pce⁴. c. ꝛ i. 12. de tri. ꝛ alijs locis
plib⁹ ꝛ ꝫȝ v̄itatẽ ad pfecte btm̃ eẽ regrit̃ certitudo de p
petuo sic fore: quã ipole ẽ aliquẽ hře q aliqñ futur⁹ sit mi
ser. Et ob h̄ Aug. ime^{te} sbiũgit. hãc hře. s. pfcãȝ btitudinẽ
ãgelos lucis pia side credim⁹: hãc nec añq̃ȝ caderẽt hũis
se ãgelos pctõres: q sua prauitate illa luce puati st̃ ꝯsecu
ti rõne colligim⁹. Quo ãt ad bonos pbat̃ sic. angeli boni
potuerũt ex ppa libtate deũ ñ plus q̃ȝ se dilige ꝛ peccare.
igr̃ nõ fuerũt creati i pfcã btitudie. ꝯña pȝ: qꝛ si sic ñ fue
rũt certi nũq̃ȝ se pctõres futuros: ꝛ p ꝯñs sp i dei dilectio
ne: ac p h̄ in btitudie v̄a fore mãsuros. igr̃ nec bti pfecte
cap. 3° fuerũt vt ꝯñs ẽ ex dcis. añs pbat̃ auc̃te Aug. ꝺ fi. ad Pe.
vbi ait. ꝙ de⁹ supiores spũs eternos creauit ꝛ eis facltatẽ
atq̃ȝ itelligẽtiã cogitãde coḡscẽde diligẽdeq̃ȝ diuinitatis
infuit: q̃s tñ ita creauit: vt ẽt per seipis illũ diligerẽt: c⁹ se
tales creatos opa: vl̃ ꝫȝ aliã lrãȝ ope: cognissẽt. vt ãt h̄ di
lectio hẽet iustã ꝛ ꝯgruã laudẽ: volũtati q̃ȝ eis tribuit li
bertatẽ: vt eẽt eis pole siue ad eũ q sup eos ẽ itẽtionẽ scẽ
dilectiõis erigẽ: siue ad se vl̃ ad ea q̃ ifra eos st̃ praue cu
piditati semetipos põdẽ ꝺclinare. Jtẽ paulopost. Jta eis
diligẽdi facultatẽ volũtatẽq̃ȝ donauit: vt eã vnusq̃sq̃ȝ ꝛ
hře posset ꝛ pdẽ. Ecce ꝙ vlr loq̃t̃ ꝺ oi spũ creato. ⁋ Qꝺ
Confir. ẽt ꝯfirmat̃ ex eo qꝺ sbdit. ꝙ ps eoꝝ a ꝺo volũtaria auer
siõe discessit: ꝛ ipsis cadẽtib⁹ ceteros i sue dilectiõis eter
nitate firmauit. pȝ ẽt añs p Anš. q i de casu diaboli. ex in
tẽtiõe pbat ꝙ añ casũ maloꝝ ẽt boni peccare potuerũt.
Confir. Relinq̃t̃ g̃ ꝙ nullus ãgelus fuit creat⁹ i btitudine pfcã: ꝛ
cap. 5°. ita cõiter tenẽt oẽs docto. ꝛ iõ ꝙ frequẽter sci inueniunt̃
dicẽ eos in btitudine ꝛ felicitate fuisse creatos: sič Aug.
mltiplr i vtriusq̃ȝ libri caplis pxime allatis ꝛ alijs locis
plib⁹: nõ est accipiẽdũ de pfcã btitudie. sȝ de q̃dã excel
lẽtia ꝛ nobilitate stat⁹: q q̃dãmõ felicitas dici solet: ꝫm
quẽ modũ ẽt i hac vita multos mortales ꝯsueuim⁹ voca
re btõs: ꝛ pm⁹ hõ i statu inocẽtie btũs dict⁹ est. Et sic ex
3⁹ ꝯ presse docet itelligẽ Aug. l. 2. de ci. dei. vbi. s. ⁋ 3^{am} ꝯnẽ p
bo sic. malus angelus in p̊ sui eẽ istãti fuit in grã. igit̃ nõ
peccauit i p̊ istãti. ꝯña pȝ: qꝛ pctm̃ ei⁹ nõ secũ cõpatiebat̃
Confir. grãȝ. añs pbatũ ẽ i p̊ᵃ ꝯne. ⁋ Ex. Ex̃ de sum. tri. ꝛ fi. ca. c.
firmiter creꝺ. dĩ. ꝙ diabolus q̃dẽ ꝛ alij ꝺmões a ꝺo q̃dẽ
nã creati sũt boni ꝛ ipsi p se facti sũt mali. ꝛ i ecclĩasticis
dogmatib⁹ scribit̃. ꝙ ꝛ ip̄e diabolus bon⁹ a deo creat⁹ ẽ.
cap. 54. Jtẽ Aug. 3. de li. ar. de ip̄o dič. ꝙ ex bono ãgelo diabolus
Confir. ẽ fact⁹. Et Anš. de casu dia. inq̃t ꝙ ip̄e bonã volũtatẽ ex
cap. 3° pulit mala supueniẽte: ꝛ ide p totũ vult ꝙ ip̄e accepit iu
stitiã: sič ꝛ ãgelis bon⁹: sȝ nõ pseuerauit i illa. Ex his oĩb⁹
pȝ mãifeste ꝙ ip̄e nõ peccauit in p̊ istãti: ꝛ ita tenẽt ꝯcor
cap. 13. dãter oẽs docto. catholici. Et Aug. xi. ꝺ ci. dei. d. ꝙ angeli
hũisse aliq̃ȝ btitudinẽ ꝛ vitã agẽ añ pctm̃ pfecto creden
cap. 15. di sũt: ꝛ postea exponit oẽs auc̃tes scripture que p parte
4⁹ ꝯ opi. sonare vident̃. ⁋ 4^{am} ꝯnẽ pbo sic. angelus fuit i grã.
igr̃ nõ ime^{te} p⁹ p̊^{m} istãs peccauit. añs pbatũ ẽ. ꝯña pbat̃:
qꝛ si fuit i p̊ istãti i grã. igr̃ ꝛ p⁹ p̊^{m} istãs: cũ nõ sit dare vl
timũ istãs i q̃ fuit grã: ꝛ p⁹ nihil ei⁹ fuit: sič nec ꝯuenit in

alijs reb⁹ ꝫȝ põȝ nãlẽ creatã: q̄cq̄d sit ꝫȝ dei põȝ abso^{tam}.
⁋ Ad h̄ ẽt ẽ auc̃tas Grg. sr Eȝe. quã Ma. recitat i. 3. d.
pñti. Fpens inq̃t est hostis Ju⁹ vitati: nõ tñ a pn⁹ nec stati
supra pect⁹ ꝛ ventrẽ suũ ãbulauit: sič Adã ꝛ Eua nõ stati
peccauerũt: ex q̃ auc̃te ꝯcludit magr̃ ꝙ aliq̃ morula lȝ
3 ꝯ⁹ c. l. breuissima cecidit iter ei⁹ creationẽ ꝛ lapsũ. ⁋ Cõtra ꝯ^{es}
Tho. p. istã ẽ op. vni⁹ doctoris q sȝ ꝙ nulla media mora fuit: sup
p^{a} q. 63. posito ꝙ i p̊ istãti hũerit actũ li. ar. sič ego ꝯcedo supi⁹. Et
arti. 6. ẽt fuit creat⁹ i grã: vt iste doc. tȝ: ꝛ ego silr. rõ ei⁹ ẽ: qm̃ se⁹
tč ꝙ hũisset aliqꝺ meritũ. igr̃ ꝯsecut⁹ fuisset suã btitudinẽ
pfcãȝ: qꝺ ẽ flm. ꝯña p⁹: qꝛ ãgelus p quẽlȝ actũ meritoriũ
ꝯseq̃t̃ suã btitudinẽ: qꝺ p⁹: qm̃ grã pfič nãȝ ꝫȝ mo^{m} nãe.
ẽ ãt ppriũ nãe ãgelice ꝙ nãlẽ pfectionẽ nõ acq̃rat p dis
cursũ: sȝ stati p nãȝ hẽat: sič ãt ex nã ãgel⁹ hȝ ordinẽ ad p
fectionẽ nãlẽ: ita ex merito hȝ ordinẽ ad gliaȝ: ꝛ iõ stati
3 Tho. p⁹ meritũ btitudinẽ ꝯseq̃t̃. ⁋ Meo iudicio iste doc. dič
vbi. s. icõpolia ꝛ dcis eiuisꝺ repugnãtia: qꝺ ondo sic. si ãgel⁹ ma
lus hũisset i p̊ istãti aliquẽ actũ li. ar. aut hũit tč actũ me
ritoriũ aut ꝺmeritoriũ. h̄ pȝ p eũ. Si meritoriũ igr̃ ꝫȝ eũ
fuit beat⁹: qꝺ tñ vitare itẽdit tãq̃ȝ flm. Si demerito^{m} igr̃
tũc nõ hũit grãȝ: qꝛ cũ ꝺmerito illo nõ stat grã. nõ. n. fuit
Confir. veniale pctm̃ sȝ mortale. ⁋ p̊. angel⁹ i aliq̃ istãti p̊ pecca
uit: vt iste doc. hȝ ꝯcedẽ: cũ ponat ꝙ ãgelus pducit actũ
suũ i istãti: vt ibiꝺ pȝ arti⁹ pce^{ti}. aut igr̃ peccauit i p̊ istãti:
aut i aliq̃ alio. ñ i p̊: qꝛ tč i p̊ istãti fuisset malus: qꝺ ẽ erro
neũ: ꝛ ip̄e ẽt negat: ꝛ ꝯñaȝ ip̄e ꝯcedit i eoꝺ pce^{ti} arti⁹. igit̃
in alio istãti seq̃nte p̊ peccauit. Sȝ iter q̃lȝ duo istãtia ca
rñso tho. dit tp̄s ꝛ mora. igr̃ ꝛč. ⁋ Ad hãc rõnẽ ip̄e rñdet. i alio in
stãti a p̊ peccauit. Et ad pbõnẽ assũptã dič: ꝙ hȝ v̄itatẽ
inq̃ȝ^{tum} tp̄s ẽ ꝯti^{m}: vt p⁹ 6° phy. sȝ i ãgelis q nõ sũt subti cele
sti motui: q p̊ p tp̄s ꝯtinuũ mẽsurat̃: tp̄s accipit̃ p ip̄a suc
cessiõe opõnũ itellis vel affect⁹. p̊^{m} igit̃ istãs in ãgelis rñ
det p̊ᶜ opõni mẽtis ãgelice q̃ se i seipaȝ ꝯuertit: ꝛ h̄ i oĩb⁹
bona fuit. Sȝ ab hac opõne q̃dã ad laudẽ v̄bi sũt ꝯuersi
q̃dã v̄o nõ: sȝ i seipsis tumuerũt: ꝛ i ista fuerũt discreti: ꝛ
3 Tho. iõ i p̊ istãti oẽs fuerũt bõi: ꝛ i 2° discreti. ⁋ Hec rñsio ni
hil valet ad ppo^{m}. q̃ro. n. supposito ꝙ tč fuit tp̄s celi ꝯti^{m}
sič fuit pole: aut celũ fuit i eoꝺ loco p̊ cũ angel⁹ p̊ fuit crea
tus: ꝛ cũ p̊ peccauit aut i alio ꝛ alio: ꝫȝ ꝙ dicim⁹ celũ nũc
eẽ i vno loco nũc in alio. Si i eoꝺ. igr̃ i eoꝺ istãti tp̄is fuit
creat⁹ ꝛ fuit malus: ꝛ fuit malus ꝛ nõ fuit malus: qꝺ est i
pole. Si i alio. igr̃ tp̄s mediũ lapsuȝ fuit. Si igr̃ mẽsurẽ
tur opõnes ãgelice tp̄e vl̃ istãti tp̄is ꝯtinui siue nõ: nõ co
existũt tñ ei si illꝺ sit: ꝛ p ꝯñs si tp̄s tale fuisset iter creatio
Confir. nẽ ãgeli ꝛ ei⁹ pctm̃ tp̄s aliqꝺ ꝺfluisset: qꝺ ẽ pp^{m}. ⁋ Cõfir⁹
qꝛ pari rõe posito ꝙ nũc aliq̃ȝ noti^{am} nouã hẽat ãgel⁹ ma
lus vl̃ ẽt bon⁹ posset dici ꝙ ime^{te} p⁹ ei⁹ creationẽ hẽat eã ꝛ
nulla mora vl̃ tp̄s fuerit iter ei⁹ creatõeȝ ꝛ notitiã hãc: qꝺ
ad rõnẽ nullꝰ dicet. ⁋ Rõ eoꝝ nõ ꝯcludit. nego. n. ꝯñaȝ 2^{am} ꝛ ppõ
thome nẽ assũptã ad pbõnẽ ei⁹: tč ad pbõnẽ dico ꝙ q̄cq̄d sit vtꝝ
ãgelus nãlẽ pfectionẽ acq̃rat p discursũ vl̃ nõ: btitudinẽ
tñ supnãlẽ ñ sil̃ acq̃rit cũ merito: ꝛ q̃uis grã pficiat nãȝ
ñ tñ fač ꝙ p̊miũ supnãle nãlr ꝯseq̃t̃ qꝺlȝ meritũ: nec ẽt
ex dispõne diua qꝺlȝ meritũ se⁹ hẽt^{ur} illa: sȝ meritũ pseue
rãs ꝛ durãs iux̃ dispõnẽ diue volũtatis. q̃le qꝺ meritũ nõ
cap. 6° fuit i ãgel̃ malis: fuit ãt i bõis. Et h̄ ẽ rõ Anš. ꝺ casu dia.
q̃re isti ꝯsecuti sũt btitudinẽ pfcãȝ: ñ ãt illi: sȝ dãnatiõeȝ
ppetuã. ⁋ Ad rõnẽ. q. pn^{cio} rñdeo añs negãdo. ⁋ Ad p̊
Ad rõnes pnci. q. mã pbõnẽ rñsum ẽ in p̊cedẽti arti. ⁋ Ad 2^{am} dico ꝙ qñ
ip̄se peccauit potuit nõ peccare. Et ad illud qꝺ di. oẽ qꝺ
est qñ est ꝛč. ꝺꝺm pȝ: sič alij dicũt ꝛ bñ ꝙ nõ valet pba
tio qm̃ p idẽ pbaret̃ ꝙ deus nullũ ab eterno p̊destinatũ
potuit ab eterno nõ p̊destinare: qꝺ est erroneũ. quid aũt
doꝫ sit ad pbationẽ illã: ꝛ in quo sensu hẽat veritatẽ nec
ipediat ppositũ nostrũ. pȝ ex p̊dictis in di. 38. p̊. q. p̊°.

¶ Distinctionis sexte. Questio Prima

QUia magister in.6.q.loquit de locali casu angelorum malorum a celo empyreo l hūc aerē caliginosuz ꝛ de quotidiano descēsu i ifernū:q̄ ducūt aias cruciādas:idcirco de motu locali tā bonorū q̄ꝫ malorū āgelorū cōiter aliq̄ sūt q̄rēda. Quero igit p̄ vtrum āgelus possit moueri localr a seipso.ꝛ arguit ꝙ nō. p̄ sic.angelus nō pōt localr moueri.igit nō pōt moueri localr a seipso.ꝯña pꝫ.aīs ꝓbat auctē Aug.8.sup Gen̄.vbi ait.ꝙ corpalis creatura mouet p tps ꝛ locū:spūalis vō p tps ꝛ nō p locū.Creator āt ipe neqꝫ p tps neqꝫ p locū.ꝓbat ēt rōne:qꝛ oē qd mouet localr acqrit ꝯtiue aliō ꝛ aliō vbi:vn̄ motū localē phs vocat motū l vbi:ꝛ ad p̄dicamentū ipsi⁹ dic ptinē.5⁰ phy.Sꝫ angelus nō pōt acqrē aliō vbi:cū nō sit vbicabilis:sic nec loco circūscriptibilis.vbi āt est circūscriptio corpis a circūscriptione loci ꝓcedēs:vt dic auctor.6.pn^{cy}.¶ Cōfirmat ex itētiōe eiusdē ibidē.ꝓbat.n.ꝙ aia nō hꝫ vbi:eo ꝙ nō iplet locū nec circūscribit eo:eadē aūt rō est de angelo:vt pꝫ.¶ 2⁰ sic.si āgelus posset a seipso moueri localr:vel a seipso p se vl p accñs.nō per se:qm̄ nulla res pōt seipāꝫ p se p̄ mouē:vt 7⁰ phy.ꝓbat ex itētiōe phs:nec p accñs:qꝛ tūc moueret ad motū alicui⁹ moti ab eo per se:illud aūt nō vī posse esse nisi corp⁹:aut igit corp⁹ nālr vnitū angelo:ꝛ h̄ nō:qꝛ fꝫ cōēꝫ opi.scōꝝ ꝛ doctoꝝ:angeli sūt nālr icorporei:aut corp⁹ volūtarie ad tps assumptū:qd ēt dici nō pōt:qꝛ talē assumptionē oporteret p̄uenire motū localē ipsi⁹ angeli ad corpus sumendū.ꝛ p̄sertim si p̄esset in loco vbi nō est corp⁹ assumptibile.vbi.g.in celo empyreo:ꝛ tūc remanet eadē qd:vtꝝ in illo motu p̄ueniente moueat p se vel p accñs.

Ad oppositū argr sic.aliq̄ corpora mouent vel cōuenit moueri a seipsis localr.g̃ angelus pōt ꝛc.ꝯña pꝫ p locū a miori.aīs ꝓbat ī corporib⁹ simplicib⁹ grauib⁹ ꝛ leuib⁹.nā talia nālr mouent ad sua loca.ꝛ si nālr.igit a p̄n⁰ itrinseco.pꝫ per diffinitionē nāe.2.phy.ꝛ per dñtiā nālis ꝛ violenti.3.ethicoꝝ.

In ista.q. duo iplicant.vnū est vtꝝ angelus possit localr moueri.aliō vtꝝ a seipso.Et q̄tū ad vtrūqꝫ ex argumētis ēt aliqd iplicat.nā circa p̄^{m} iplicat vtꝝ vbi sit aliq̄ res ex̄ns forālr in locato:sꝫ quā moueat illō qd localr mouet.Circa 2^{m} vō iplicat vtꝝ corpora simplicia a seipis moueant:ꝛ h̄ ēt duo iplicita satl cōferūt ad declarationē p̄ncipalr q̄sitoꝝ.Erunt g̃ in hac.q.q̄tuor articuli.nā p̄ videbit vtꝝ āgelus possit localr moueri. 2⁰ vtꝝ ipe vel aliqd aliud dū mouet acqrat aliq̄ rē in seipo formalr que dicat vbi:ꝛ que res ē vbi angeli vel alteri⁹ rei. 3⁰ vtꝝ corpa simplicia moueant localr a seipsis. 4⁰ vtꝝ angelus possit localr a seipso moueri.

Quantum ad p̄muꝫ articulū est vna op. ꝙ nulla relatio est actualiter extra aīam. Imaginant enī sic opinātes ꝙ oīs relatio est quedā cōnexio seu habitudo media cōnectens mutuo extrema que referunt. hmōi aūt cōnexio non pōt esse a nā nec aliq̄ res pōt sic cōnectere extrema relatiua. Sicut pbant per rōnes positas ad pbationē antecedētis p̄me rōnis facte ad q. igit̄ opꝫ ꝙ sit tm̄ ab aīa apprehendente habens esse obiectiue tm̄ in ipsa. Qualiter aūt hoc sit declarant in speciali de quolibet mō relatiuoꝝ. De p̄mo qdē: qm̄ idētitas: equalitas ꝛ similitudo: nihil aliud sunt q̄ quedaꝫ vnitates. Unitas v̄o est indiuisio ꝛ indistinctio. Hec aūt indistinctio nō est mera negatio: qꝛ oē indistinctū est in aliquo idistinctū: fundat ergo super aliquo. Sed nō in nā cōmuni: aliogn nō esset relatio sed identitatio in nā cōmuni q̄ddītatiua ꝛ essentiali in qua nō includit aliqđ relatiuū. Et iterū imaginatio ꝛ sensus nō indicarēt similitudines coꝛpoꝝ aut dissimilitudines: cū nām cōem nō apprehendent: cuius tamē oppositū experimur. Nec pōt dici ꝙ fundet sup duas albedines nāliter disticta pūt sunt in re extra: alioquin sequeret ꝙ vna negatio esset in duob' subiectis etiā distātissimis. nā vna albedo pōt eē in aqlone: altera in meridie. Relinquit ergo ꝙ fundet in apphēsione earū amharū. vnde non

est aliud similitudo duarū albedinū q̄ earū apꝓhensio indistincta: nō qdem apꝓhensio actus: sed apꝓhensio obiectiua: sunt.n. ibi tria cōcepta. videlʒ particularis albedo: ⁊ indistincta apprehensio ⁊ obiectiua ab alia albedine: ⁊ tertiuʒ alia albedo. Unde nō est aliud similitudo inter duas albedines q̄ iudiciū indistinctum inter eas: sed per ꝯtrariū dissimilitudo est iudiciū discrepans ⁊ diuersum. Actui enim apprehensiuo correspōdet apprehensio obiectiua: ꝓpter qđ cū intellectus iudicat duas albedines indistinctas correspondet obiectiue inter illas iudiciuʒ indistinctum: cū vo iudicat eas dissimiles correspondet qđdā iudicium discrepans ⁊ diuersum: ⁊ hoc vocat dissimilitudo. Hec aūt apprehensio indistincta incipit ab vna albedine ⁊ terminatur ad aliā: ⁊ ecōuerso. ⁊ ideo est habitudo respiciēs pro fundamento illā a qua incipit: ⁊ pro termino reliquā ⁊ similiter econuerso. ¶ Plures alias rōnes adducunt q̄tū ad p̄mū modū relatiuoꝝ: sed qꝛ ille nō ꝓbāt directe relationes hmōi nō esse res extra aīam: sed solū q̄ nō sunt distincte res ab absolutis: q̄ ego etiā credo esse verum: nec ex isto sequit̄ p̄muʒ vt patebit in 2° articulo: ideo illas nō recito. ¶ Quātuʒ ad scđm modū relatiuoꝝ ꝓbant ꝯclusionē sic. Nulla res dependet a non re: nec fundatur super eam. Sed relationes secundi modi fundant̄ super egisse q̄ trāsijt in p̄teritū. nā paternitas manet gnōne trāseunte: igit̄ nō pōt dici q̄ inter sor. ⁊ pla. sit aliq̄ realitas media que dicat̄ paternitas. Et ideo dicūt q̄ tales relationes nō sunt aliud q̄ ꝓducere ⁊ ꝓduci vt ꝯcipiunt̄ per moduʒ habitus ⁊ quietis: que vt sic habent ꝓducens ⁊ ꝓductuʒ cōnectere. ¶ Idē ꝓbat̄ de 3° mō relatiuoꝝ sic. Impossibile est aliquā rem dependere a nō re. Sed relatio sciētie ad scibile ⁊ actus intellectus ad intelligibile ⁊ sic de alijs mensuratio depēdet a nō re: qm̄ nō opʒ q̄ scibile sit in actu sciētia remanēte: nec intelligibile dum intelligit̄: ergo īpossibile est q̄ talis relatio sit aliq̄ res existens extra aīam. ¶ Hoc etiā a p̄ori vt dicūt pōt ostendi: ex hoc q̄ mēsurata super similitudines diminute ⁊ mēsurantia sunt quedā exēplaria. Sicut igit̄ similitudo que est inter formas equales ⁊ pares mutua indistinctio nō hʒ esse nisi ab aīa. sic ista relatio mēsurati que nō est aliud q̄ indistinctio siue assimilatio aut imitatio forme diminute ad formā exēplarē: nō tn̄ ecōuerso ex parte exēplaris est talis assimilatio: ꝓpter qđ dicit Phūs 5° meta. q̄ in talib⁹ est tm̄ relatio ex parte alterius extremi: non hʒ esse nisi ab aīa. ¶ Hec opinio multa falsa implicat de qbus nō opʒ ad p̄sens disserere: ⁊ quedā alia magis ad ꝓpositū pertinentia ꝯtra que intēdo nunc arguere. Primū est quātū ad hoc q̄ dicit q̄ nulla idētitas aut distinctio: similitudo vel dissimilitudo: eq̄litas vel ineq̄litas: paternitas vel filiatio: ⁊ sic de alijs relationibus trium modoꝝ est res actualiter extra aīam: sed soluʒ ab aīa habēt esse. ꝯtra hoc autē p̄mo arguo sic. Si nulla distinctio est absq̄ operatiōe aīe: nulle res sunt distincte absq̄ operatiōe aīe. ꝯn̄s est falsum: qm̄ tunc nec deus ⁊ creature: nec creature ab inuicē: nec persone diuine abinuicē essent distincte nisi eēnt ab aīa apꝓhense. Hoc aūt falsum est ⁊ erroneuʒ. nā persone diuine fuerūt anteq̄ esset aliq̄ aīa ⁊ eternaliter distincte. Similiter deus ⁊ creatura aliqua ⁊ creature adinuicē si nunq̄ apprehenderent̄ forent actualiter distincte. Qꝺ pōt etiā ꝓbari. Naʒ esto q̄ nō apꝓhendant̄: ⁊ deus est: ⁊ creature sunt: nec deus est creatum nec ecōuerso: nec vna creatura est alia nec econuerso. igit̄ esto q̄ nō apꝓhenderent̄ sunt distincta. ¶ Confirmat̄: qꝛ si non essent distincta nō essent plura: ⁊ per ꝯn̄s non essent plures res extra aīam si oīa essent vnū numero. ¶ Consequētia pʒ: qꝛ vel qđlibet distinctū est distinctio: vel nō pōt esse distinctū sine distinctione. ¶ Scđo idē ꝓbat̄ de similitudine ⁊ dissimilitudine: ⁊ arguo sic: aut duo albedines absq̄ operatiōe aīe sunt similia aut nō. Si sic: igit̄ similitudo ē p̄ter operationē aīe: qꝛ īpossibile est esse aliqua similia: nulla similitudine existente: sicut īpossibile est aliqua esse alba nulla existēte albedine. Si nō sunt similia: igit̄ vnū nō est tale quale est aliud: ⁊ per ꝯn̄s non vtrūq̄ est albū ꝯtra positū: ⁊ pʒ ista ꝯn̄tia: qm̄ cū dicimus aliqua similia: nihil aliud exprimere intēdimus nisi q̄ vnum est tale quale est aliud: sicut cū dicimus aliqua esse equalia nō aliud intēdim⁹ significare q̄ q̄ vnū est tātū quātuʒ est aliud ⁊ ecōuerso. v.g. si vnū est bicubitū aliud est bicubitū ⁊ ecōuerso: vnde sicut īpossibile est q̄ sint duo bicubita ⁊ ista nō sint equalia: sic est impossibile q̄ aliqua sint alba ⁊ nō sint similia. ¶ Confirmat̄ per dicta op. ꝯtra quā arguo. ipsi enī volētes ꝓbare q̄ similitudo nō est res distincta a qualitate: arguunt: qꝛ si esset res distincta: tunc deus posset sine ꝯtradictione cōseruare duas albedines annullando reʒ similitudinis: qđ tamē est falsum vt dicūt: qꝛ si de⁹ hoc faceret adhuc itellect⁹ ꝯsiderans tales albedines iueniret eas similes sicut ante. ergo īpossibile est vt dicūt q̄ realitas aliq̄ addatur albedinib⁹ que appellet̄ similitudo. Et idē dicūt de eq̄litate respectu equaliū. ¶ Ex hoc aūt dicto eoꝝ habet̄ p̄mo: q̄ impossibile est ⁊ īplicās ꝯtradictionē q̄ sint duo alba que nō sint similia: aut duo bicubita nō equalia. Et vlterius q̄ īpossibile est q̄ aliqua sint similia sine similitudine aut equalia sine equalitate: sicut arguebat̄. ¶ Scđo q̄ similitudo nō est aliq̄ talis apprehensio obiectiua distincta a q̄litatib⁹: vt dicūt qm̄ ꝯstat nullam esse ꝯtradictionē q̄ sint aliqua alba ⁊ nō sit aliqua talis apprehensio obiectiua. ¶ Tertio qꝛ dicūt q̄ si deus ꝯseruaret albedines sine re similitudinis adhuc itellectus ꝯsiderās inueniret eas similes sicut ante. Si aūt inueniret eas similes. igit̄ p̄erāt similes nec fiunt similes per ip̄m itellectū: qđ est ꝯtra eos. ¶ Per eundē modū posset ꝓbari de alijs relationib⁹ p̄mi modi q̄ sunt res actualiter extra aīam existētes. ¶ Ad has rōnes posset dici sm̄ dicta eoꝝ q̄ cū dicit̄ q̄ absq̄ opere intellectus vel aīe aliqua sunt realiter distincta vel similia: aut itelligit̄ q̄ habēt realiter fundamēta distinctionis ⁊ similitudinis ꝓpter qđ sunt in potētia ꝓpinqua ad hmōi habitudines: ita vt intellectus cogatur ad reducendū eas in actū: ⁊ hic intellectus verus est: aut intelligit̄ q̄ habēt actualiter habitudines hmōi absq̄ opere itellectus ⁊ hoc est falsuʒ. Qđ pʒ in simili. Nam cōstat q̄ ita aliq̄s rex vel dn̄s seu p̄latus est realiter dn̄s vel rex seu p̄latus: ⁊ aliquid est idē sibi ipsi: sicut aliq̄s est pater vel filius: aut aliq̄ sunt distincta vel similia: ⁊ tamē nullus dicit q̄ dn̄ium vel p̄cipat⁹ regalis seu p̄latio sit aliqd in actu extra aīam. Alioquin electio alicuius persone in regē vel p̄latū que est mere volūtaria iprimeret illi ꝑsone relationeʒ realē: qđ nō videt̄ ꝯueniēs. Similiter ꝯstat q̄ idētitas eiusdē ad se nō est actu extra aīam: sed intellectus format eā diuidēdo idē in duo. ¶ Preterea cū circūscribitur oīs actus intellectus ⁊ deinde enūciat̄ q̄ adhuc aliq̄ eēnt distincta: iam relinquit̄ aliq̄s actus intellectus vtpote ille qui hoc enuntiat. ille aūt est qui reducit hmōi habitudineʒ in actū: ⁊ eodē mō pōt dici ad qđcūq̄ argumētuʒ quo diceretur q̄ ante operationē aīe vel ea circūscripta aliqua essent equalia: vel pater ⁊ filius: aut aliqua alia que relatiue dicunt̄. ¶ Hec nō sufficiunt ad ꝓpositas rōnes: qm̄ per eas ꝓbat̄ q̄ ante operationē aīe aliq̄ fuerunt actualr̄ distincta: ⁊ aliq̄ similia: ex quo necessario sequit̄ q̄ actualr̄ fuerūt distinctio ⁊ similitudo. nā oppositū ꝯn̄tis nō stat cū an̄te. Sicut nō stant simul q̄ nulla sit albedo: ⁊ aliqd sit albū. Qđ vo adducit̄ de dn̄io etiā falsum est. nā dn̄ium vera res est extra aīam. Nec sequit̄ q̄ electio persone in dn̄m īprimat sibi aliquā rem nouā: qꝛ dn̄ium nō est aliqua res noua superueniēs persone electe. Sed est ipsamet ꝑsona que tamē p̄us nō erat dn̄s: ⁊ p hmōi electionē facta est dn̄s sicut in simili magis declarabit̄ in sequēti articulo. Eodē mō dico q̄ sicut aliquid est absq̄ operatione aīe sibi idē realr̄. sic absq̄ operatiōe aīe realr̄ ⁊ actualr̄ est idētitas. Nec intellect⁹ illā facit diuidendo illud in duo: qnimo potius sic faceret distinctionē q̄ idētitatem. Sed de hoc infra plus tanget̄. ¶ Qđ vo 2° dicit̄ etiā nihil vʒ ad ꝓpositū: qm̄ esto q̄ qn̄ aliq̄s enūtiat ⁊ iudicat aliq̄ esse distincta tunc causaret̄ iudiciū obiectiuum correspōdens iudicio actuꝯ q̄ tamē fictio est opinari: nullo tn̄ mō appareret esse possibile q̄ tunc per actum illū fiat q̄ ab eterno aut anteq̄ ipse fuerit causatū extiterit tale iudiciū obiectiuū. nūc aūt ꝓbat̄ q̄ ab eterno ⁊ anteq̄ aīa quicq̄ apꝓhēderet aliq̄ fuere actualr̄ distincta: ⁊ similia: ac eq̄lia: q̄re illud dcm̄ nullius est refugij in ꝓposito. ¶ Aliter aūt sm̄ alios videret̄ posse rn̄deri. s. q̄ ante operationem aīe aliqua fuerunt distincta substātiue seu entitatiue: sed nō relatiue: ac per hoc nō fuit tunc distinctio que esset relatio. Uel sm̄ modū loquēdi alioꝝ: q̄ fuerunt distincta essentialiter: sed nō accidētalr̄. ꝯtra accidētalis aūt distinctio nō essentialis est relatio. ¶ Istud etiā nō vʒ: qm̄ quecūq̄ sunt distincta sunt a distincto vel distinctis distincta: nec est possibile intelligere determinate aliq̄d entitatiue vel essentialiter vel quoquo mō esse distinctū qn̄ determinate cognoscā id a quo est distinctuʒ. ⁊ ideo qđlibet taliter distinctū est relatiuū inquātū huiusmodi: ⁊ hmōi distinctio est relatio. Ponere ġ vltra hoc aliā distinctionē accidētalē seu relationē est superfluū. sufficit enī q̄ quelibet entitas sit seipsa ab alia distincta. Nec etiā iuuat ꝓpositū cū ⁊ illa essentialis distinctio p̄ueniēs: sit relatio vt ꝓbatū est. ¶ Tertio p̄ncipaliter ad ꝯclusionē arguo sic. De⁹ fuit eternaliter pater: igit̄ eternalr̄ fuit paternitas: ⁊ per ꝯn̄s non oīs paternitas est tm̄ ꝑ aīam: ꝯn̄tie patēt de se: ⁊ an̄s est notū per fidē. Aliogn̄. n. sequeret̄ q̄ filius nō esset eternus. Unde Ambro. ⁊ Hyl. ⁊ ceteri scī de hoc loquētes ex hoc ꝯtra hereticos ꝓbāt filij eternitatē: qꝛ deus pater semꝑ fuit p̄r: ⁊ per ꝯn̄s semꝑ fuit ei filius. ¶ Quarto. Circumscripta oī opōne aīe aliqd esset maius aliquo ⁊ aliqd minus: aliq̄ essent agētia ⁊ aliqua patiētia: aliq̄ cāe aliq̄ effect⁹

vel cãta: ꝛ sic de multis que relatiue dñr: igit ꝛ tunc essent relationes. ❡ Scdo deficit opi. in fundamẽto totali suo. fundat. n. imaginatio eius super hoc: ꝙ ois relatio sit qδdã interuallum seu habitudo media inter extrema relatiua illa ɔiungens ꝛ cõnectens adinuicẽ. Hoc aũt falsum est: qm̃ nullũ tale mediũ est ponẽdũ. Nõ eni est ponẽdũ aliqδ mediũ inter cãm ꝛ effectũ ꝙ sit cãlitas: nec aliqd mediũ inter aliq̃ distincta ꝙ sit distinctio: ꝛ similr nec aliq̃ relatiua media. Si eni deus destrueret omnez aiam ꝛ oẽm vniuslr creaturã ꝛ solã vnã postea cãret ꝛ ɔseruaret. v.g. vnũ lapidẽ: sicut bene sibi possibile est. adhuc deus eẽt cã illius ꝛ illa eius effect⁹: nec esset aliqd mediũ ꝙ esset cãlitas. aliogn nõ vnã tm̃ creaturã cãsset: ꝛ rursus adhuc illius cãlitaθ deus esset cã. ꝛ sic vel oporteret ponere infinita media que de⁹ nõ posset nõ cãre si vnũ lapidẽ cãret: qδ absurdũ videt. vl oporteret dicere ꝙ alicuius illoꝝ medioꝝ deus nõ esset cã: ꝙ nõ est minus absurdũ: vel ꝙ alicuius esset cã: ꝛ tñ inter illud ꝛ deũ nõ esset aliq̃ cãlitas media: ꝛ eadẽ rõne nec in alijs est ponendum hmõi mediũ. Itẽ deus esset distinctus ab illo lapide sine distinctione media. nã si talia media poneret. adhuc deus esset distinctus ab illa: ꝛ sic vltra vt statim deductũ est. Et infra ɔcludit si illδ mediũ dicat esse ens fictũ ab aia sicut si ens reale: qm̃ nihil erit oino nihil: ꝛ tñc nullũ erit mediũ: qδ est ꝓpositum: vel erit aliquo mõ ens: ꝛ tñc deus erit eius cã ꝛ distinct⁹ ab eo. ❡ Preterea in casu posito nõ esset aliqd tale fictũ ab aia cũ nec aliqua aia esset. ❡ Tertio deficit opinio in ponẽdo tale iudiciũ obiectiuũ: q2 nulla necessitas apparet nec vtilitas eius: nõ ꝓdest ad hoc vt quis intelligat cã illud nullã cãlitatẽ hẽat respectu intellectionis: nec ad hoc vt aliqd itelligat: cũ ad hoc sufficiat intellectio. Et si dicat ꝙ reqrit ad hoc vt res ipsa hẽat esse intellectũ. istud nihil est: qm̃ nõ est aliud rem hẽre esse intellectũ q̃ ipsam esse intellectã. ad qδ sufficit ipsa intellectio sine tali fictione esse obiectiuũ. De hoc non plus ad pñs: q2 forsitan alr prolixior erit sermo de ipso. ❡ Quarto esto ꝙ poneret tale iudiciuz obiectiuũ: nõ põt tñ dici ꝙ ipm̃ sit formalr relatio. Naz sequeret ꝙ circa quecũq; fieret ab aia tale iudiciuz illa essent taliter relatiua: vt si aia iudicaret aliq̃s q̃litates indistinctas ꝛ tali iudicio actu correspõderet iudiciũ indistinctũ obiectiue: ille forẽt similes: ꝛ si aliq̃s iudicaret dissimiles ꝛ correspõderet obiectiue iudiciũ discrepãs ꝛ diuersum ille essent dissimiles. Sed ɔña est falsuz: qm̃ possibile est aiam iudicare q̃litates distinctas eẽ indistinctas: ꝛ nihilominus tali iudicio falso correspõderet obiectiue iudiciũ idistinctũ ꝛ possibile est eã erronee iudicare indistinctas q̃litates esse distinctas: ꝛ tunc correspõderet iudiciũ discrepans ꝛ diuersum. nã tale esse obiectiuũ: ita ɔsequtur iudiciũ falsum aie sicut verũ sm̃ istos opinãtes: vt pꝫ in pluribus dictis eoꝝ: ex quo sequtur ꝙ q̃litates dissimiles vt albedo ꝛ nigredo erunt similes: ꝛ similes erũt dissimiles: qδ videt absurdum. ❡ Dicet ꝙ nõ qδlibet obiectiuũ iudiciũ indistinctũ aliquarum qualitatũ est similitudo: sed tm̃ illud qδ ɔsequtur verũ iudicium aie qδ est act⁹ aie. ❡ Cõtra. aut iudiciũ quo aia iudicat aliquas q̃litates esse indistinctas esse actualiter seu actu similes est verum: q2 ipsa iudicãdo facit inter illa vel in illis similitudinem. ꝛ tunc stat ar^m. Uel q2 illa in re sunt similia ꝛ intellectus iudicat sicut est: ꝛ tũc sequtur ꝙ similitudo non fiat ab aia sed existat in re ante iudiciũ aie. ꝛ habet ꝓncipale ꝓpositũ. ❡ Eodẽ mõ posset argui ꝙ aliqs ꝓductus genitus ab alio esset pater illius a q̃ est genitus. nã quis posset ɔcipere ꝓducere seu ꝓductionẽ mediã inter illos ꝛ ꝙ illa inciperet ab eo qui sm̃ veritatẽ est ꝓductus ꝛ terminaret ad reliquum: ꝛ sic de similibus posset argui. ❡ Scdo sequeret ꝙ in vna albedine fundarent plurime similitudines ad vnã aliã albedinẽ: qδ videt icõueniẽs. ɔña pꝫ. nã simul possent plurimi homies iudicare illas esse indistinctas ꝛ cuilibet eoꝝ iudicio correspõderet obiectiue iudiciũ idistinctũ earũ: qm̃ nõ est maior ratio ꝙ vni correspõdeat obiectiue tale iudiciũ q̃ alteri. ꝛ ideo vel cuilibet vel nulli. ❡ Forsan dicet ꝙ solũ ꝓmo iudicio correspõdet: nõ posteriorib⁹: q2 foret supfluũ. ❡ Cõtra. ꝓmo q2 posẽ est plures simul iudicare de illis. ❡ Secũdo q2 qua rõne aliq̃ iudicia que sunt act⁹ pñt esse de aliqbus sine correspõdentia iudicioꝝ obiectiuoꝝ: eadẽ rõne ꝛ qδlibet. ꝛ sic nec ꝓmo iudicio dandũ est tale iudiciũ correspõdẽs obiectiue. ❡ Tertio. q2 ɔstat ꝙ deus iudicat illas albedines esse similes etiã qñ nullus itellect⁹ humanus illas ɔsiderat: igit tũc sũt similes. alr eius iudiciũ esset falsum. aut igit correspondet suo iudicio obiectiue aliud iudiciũ: ꝛ tũc sequtur ꝙ nullo posteriori iudicio hũano correspõdebit aliud iudiciũ obiectiuũ: ꝛ per ɔñs similitudo illarũ nõ erit ab aia sed actualiter existat absq; aliq̃ operatione aie. Aut iudicio diuino nõ correspõdet aliqδ obiectiuũ iudiciũ: ꝛ tũc sequtur cũ deus iudicẽs illas eẽ similes vere iudicet: ꝙ similitudo tũc erit actualr in re extra. ❡ Tertio cõtra idẽ sequeret ꝙ vnius albedinis ad aliã posset esse similitudo absq; ꝙ ecõuerso alterius ad ipsam esset similitudo: qδ est falsum sm̃ oẽs: ɔña pꝫ: q2 sm̃ dicta istoꝝ illa apꝓhensio obiectiua seu iudiciũ. incipit ab vna albedine ꝛ terminat ad aliam: ꝛ illã a qua incipit respicit pro fundamẽto ꝛ reliq̃ pro termino ꝛ ecõuerso. Aliud iudiciũ incipit ab alia ꝛ terminat ad alterã. ꝛ sic sunt duo iudicia obiectiua iter duas albedines: que vident correspõdere duob⁹ actib⁹ iudicatiuis. posẽ aũt est ꝙ act⁹ iudicans albedinẽ. a. esse similẽ albedini. b. sit. nõ existẽte actu iudicante albedinẽ. b. esse similẽ albedini. a. si sint actus distincti. ꝛ possibile erit vnũ iudiciũ obiectiuũ esse alio nõ existente saltem per potentiã dei: hec tamẽ ratio forte nõ est magni ponderis. ❡ Ad rõnes opi. Ari. rñdeo ad ꝓmã. dico ꝙ per similitudinẽ nõ intelligo aliud q̃ ipm̃ simile: vel id quo ipm̃ est formaliter simile: nec etiã per indiuisionẽ vel indistinctionẽ debet aliud intelligi q̃ id qδ est indistinctũ vel indiuisum. vel id quo aliqd est indiuisum vel indistinctũ: ꝛ nullũ tale est negatio: lꝫ isti termini sint negatiui. Et si querat de qb⁹ verificant isti termini. qδ forte isti sic arguẽtes intendunt querere cũ querunt super que fundetur illa negatio quã vocãt indiuisionẽ. dico ꝙ de qualitatibus illis singularib⁹ que ꝛ si sint distincte numero sunt tñ indistincte specie. Utraq; .n. est alteri indistincta specifice: nec opꝫ fingere aliquid factũ ab aia sup quo fundet dicta negatio: qm̃ illδ sufficit ad hoc vt habẽtia hmõi q̃litates sint similia. ❡ Ad rõnẽ que fit pro scdo mõ relatiuoꝝ. ɔcedo maiorẽ: si in sua ꝓpria significatione sumat: ꝛ nego minorẽ. Dico eni ꝙ paternitas si sumat ꝓ aliqua entitate significabili incõplere: mõ in ꝓcedentib⁹ exposito: nõ est aliud q̃ pater: qñ fundat ꝓprie loquẽdo sup genuisse vel egisse aut aliquo alio: verũtñ q2 ad hoc ꝙ aliqs sit pꝫ vel paternitas necesse est ꝙ ipse genuerit: ex hoc forte dictũ est ab aliquibus doctoribus ꝙ paternitas fundat super genuisse. volentibus illud ꝓmã per hoc scꝫ significare: q̃uis iꝓpropie. Si aũt hoc nomẽ paternitas equaleat i significãdo. huic cõplexo. iste genuit: sicut aliq̃ vtunt hoc vocabulo auctores: vt pꝫ in superius dictis: tũc significatiue sumendo nomẽ: dico ꝙ nõ est: nec vnq̃ fuit aliqd nec sup aliquo ꝓsenti vel ꝓterito fundat. Sicut nec sor. genuit est vl fuit aliqd q̃uis ipse vere genuit. ❡ Ad rõnem que sit pro relationib⁹ tertij modi. Respõdeo etiã negãdo minorẽ. ꝛ dico ꝙ nõ ois relatio depẽdet a suo termĩo: lꝫ alique dependeant: vt relationes creaturarũ ad deũ: ꝛ alioꝝ cãtoꝝ ad suas cãs a qb⁹ ipsa cãta depẽdẽt in esse. ❡ Sed ɔtra hoc arguit ꝓbando ꝙ ois relatio depẽdet a termino. ꝓmo q2 nõ mag depẽdet res in intelligi q̃ in esse cũ itellect⁹ ꝓscindat rem a multis depẽdentijs que ipsam ɔsequunt in essendo. Unde ꝛ creaturam puta lapidez põt cõcipere absq; depẽdentia ad deuz: q̃uis in essendo lapis a tali dependentia absolui nõ possit. Sed intellectus nõ põt relationẽ ꝓscindere a termino: cum relatiua sint simul naturali intelligentia. ergo ꝛc.

❡ Unde cũ intellectus iudicat duas albedines esse indistinctas seu similes sunt ibi tria cõcepta. vꝫ. particularis albedo. ꝛ indistincta eius apꝓhensio siue iudiciũ qδ obiectiue correspondet actui apꝓhensiuo qui est in intellectu subiectiue. ꝛ tertiũ alia albedo. Similitudo aũt nihil aliud est q̃ illa indistincta apꝓhensio obiectiua seu indistinctuz iudiciũ. Cum autẽ iudicat aliquas dissimiles: tunc preter illas qualitates particulares correspondet obiectiue actui intellectus: quoddã iudiciũ discrepans ꝛ diuersum ꝛ illud est dissimilitudo.

Fol.115.col.1.post p^m linee.46.

❡ Tunc ad rõnẽ dico: ꝙ in secũdo ꝛ tertio sensu minor est falsa: vt pꝫ ex dictis. In ꝓmo aũt est falsa maior. Nã nullũ sm̃ se relatiuũ põt sic intelligi nõ intellecto termino: cũ in cuiuslibet diffinitione dicente quid nois ponat terminus: ꝛ tñ sm̃ ꝓhm̃ in codẽ: nõ ois relatiua sunt simul nã: ac per hoc vnũ põt esse dũz aliud non est: sicut exẽplificat de scibili ꝛ scia ꝛ sensibili ꝛ sensu. Qδ etiã melius pꝫ de reꝓsentatiuo ꝛ reꝓsentabili. cõstat eni ꝙ multoꝝ que nõ existẽt habemus actualr imagines ꝛ spẽs reꝓsentantes. Idẽ pꝫ de creatiuo ꝛ creabili: ɔstat eni ꝙ creatiuum est: ꝛ nullũ creabile est: q̃uis multa creata sunt.

Fol.115.col.4.post p^m linee.47.

❡ Scdo ista solutio optime reducit ɔtra eos. Uolẽtes eni ꝓbare ꝙ similitudo nõ sit res distincta a qualitate. Arguũt. q2 si eẽt tunc omnipotens posset absq; ɔtradictione duas albedines cõseruare annihilando rem similitudinis. Sed hoc est falsum: q2 dato ꝙ deus rem similitudinis deleret: adhuc itellectus ɔsiderans illas eque inuenit eas similes sicut ante. ꝓ ꝛc. Ad hãc rõnẽ vtrisq; dicet ab aduersario: qñ casu posito intellect⁹ eas nõ inuenit similes formalr ꝛ actualr sicut ꝓus erant: sed inuenit eas similes fundamentaliter tm̃ ꝛ in potentia. Nec dubium est ꝙ si solutio valet pro eis ɔtra alios, eque bene valet pro alijs cõtra

Fol.116.col.1.ante med. linee.24.

eum.

tum. ¶ Quãuis etiã q̃ sit intellectũ inuenire eas similes sicut qñ etiã ɔtra eos possit induci: qꝛ si inuenit eas similes in actu sicut opꝫ ipm̃ itelligere si velit arguere contra illos: igit̃ nõ facit eas actu similes. ¶ Preterea apud ipsos est ĩpossibile q̃ sint duo alba sine similitudine sine que nõ sint similia: igit̃ similitudo nõ est tale qd factũ ab aĩa. pꝫ ɔñtia: qm̃ sine tali põt vtrũq; esse duo alba: cũ possint esse nõ apprehensa ab aĩa.

Fol. 116. col. 1. circa finez linee. 32.

¶ Dico p̃ q̃ ɔclusio quã nitit̃ pbare est manifeste ɔtra ipꝫ. Nã in 3° lib. q. 1. ex intẽtione ponit q̃ vnio nãe humane ad verbum est verus respect᷒ realis extra aĩam existẽs. Nõ tñ per hoc cõtradicit sibi qm̃ ipse nõ ponit pro sua opione q̃ nulla relatio sit res extra aĩam: sed dicit q̃ sic dẽret pho᷒ ꝛ dicẽ posset grũcq; sol⁊ li nãli rõni ꝛ nulli auctti vellet inniti. Quãuis ꝛ ad hoc adducit rationes. Hoc tñ reputo falsum: ꝛ iõ respõdeo ad rões.

Fol. 116. col. 1. circa finez linee. 56.

¶ Preterea ambe iste rões eq̃liter ɔcedunt ɔtra ponentes q̃ nomẽ relatiuũ vel ɔcept᷒ sit relatio. Pma qdem: qꝛ qđlibet tale nomẽ põt intelligi nõ intellecto aliquo alio: q̃ nõ est intrinseca pars eius nec ecõuerso: ꝛ cõstat q̃ aliud nomen sibi correlatiuum nõ est ipm̃ nec ei᷒ pars nec ecõuerso. v. g. hec noĩa. pr̃ ꝛ filius. Si igit̃ nulla relatio põt intelligi nõ intellecta alia relatione opposita: igit̃ talia noĩa vel ɔcept᷒ nõ sũt relationes. ¶ Scđa quoq; reducit̃ ɔtra idẽ: qꝛ ɔstat q̃ vnũ taliũ nominũ põt esse sine alio. Si ergo vna relatio non põt esse sine alia correspondente: igit̃ nullum nomen est relatio.

Fol. 117. col. 3. post pn̄m linee. 29.

¶ Scđo Aug. de fide ad pe. c. 2. dicit q̃ aliud est genuisse q̃ natum esse: aliudq; pcedere q̃ genuisse vel natũ esse: ꝛ ɔstat q̃ isti infinitiui sumunt̃ verbalr̃ ꝛ iplicando supposita: ꝛ per ɔñs cõplexe: ac si diceret̃ aliud est aliquẽ genuisse q̃ natũ esse ꝛc. Sed oẽ qđ est aliud ab alio est aliq̃ entitas sm̃ se. nã purũ nihil vel nõ ens nõ est aliud ab ente nec a nõ ente. ¶ Ad pmum dico q̃ si subm̃ minoris supponat sigñatiue ipsa est falsa. Si vo supponat mãliter vel simplr̃ pro aliq̃ ꝓpõne quam nõ sigñat. v. g. pro ista sor. genuit pla. tũc est vera: ꝛ tũc ɔclusio eius sub eodez mõ sumpta est etiã vera. Sed sic nõ est cõtra dicta superius. ¶ Ad scđm dico q̃ sicut est aliud ita est aliqd. est aũt aliud complexe tñ significabile: ꝛ ita etiã est aliqd significabile cõplexe. nõ aũt est aliqd. i. aliq̃ entitas sm̃ se: ꝛ isto mõ etiam nõ est aliud. i. alia entitas: nec hoc intẽdit Aug. sicut nec cũ. 7. de tri. ca. 4. dicit q̃ aliud est deo esse aliud patrẽ esse vel dñm esse. Nã ɔstat q̃ non est alia entitas dñm esse ꝛ alia deũ esse. Et sicut nullus recte sapiens cũ dicit: q̃ aliud significat̃ cũ dr̃ sor. est cecus: ꝛ aliud cum dicit̃ sor. est videns intelligit q̃ alia ꝛ alia entitas per hanc ꝛ p illã significat̃ cũ hoc prorsus falsum sit. Est h̃ sensus vbi allegatr̃. Aliud est genuisse ꝛc. i. aliud sigñat̃ cum dr̃ aliquẽ genuisse. vl̃ aliqs genuit q̃ cũ dr̃ aliquẽ natũ esse vel aliqs nat᷒ est. ¶ Et q̃ nõ oẽ q̃ aliquo mõ dr̃ aliqd sit aliq̃ eẽntia vel entitas sm̃ se. Satis pꝫ per Ansel. de casu diab. cap. 11. Multa inqt dñr aliqd sm̃ formã loquendi que nõ sunt aliqd: qm̃ sic loqmur de illis sicut de reb᷒ existẽtibus ꝛc. Itẽ pho᷒ 5° phys. ait: q̃ oĩs mutatio est ex quodã in quoddam. vel sm̃ lrãm cõmẽti de aliquo in aliqd. Et Grego. 2° mor. Mutari ex aliquo in aliud ire est: ꝛ per ɔñs. oẽ q̃ mutat̃ mutat̃ ex aliquo in aliud. Et tñ ɔstat q̃ aliquid mutatur vel mutari potest ex esse in nõ esse: ꝛ ecõuerso: ꝛ per ɔñs nõ esse. isto modo loquendi est aliquid ꝛ aliud. Et ideo Cõmẽtator 5° phys. cõmẽ. 7. super verbis allegatis phi. d. q̃ hoc nomẽ aliquid. dicit̃ ibi simpliciter de esse ꝛ non esse ꝛ affirmatione ꝛ negatione. i. de eo q̃ significatur per affirmationez ꝛ per negationem. ¶ Et sicut hoc nomẽ aliquid dicitur de eo q̃ nulla entitas vel esse est: sic etiaz inuenitur aliquãdo dici hoc nomẽ res. Unde Cõmẽtator 3° celi cõ. 136. dicit q̃ res aut est in actu aut in potentia: ꝛ que in actu: aut ens: aut non ens. Item cõ. 141. Nature inqt rerum dant eis aut vt sint semper aut vt nõ sint semper: aut vt aliquãdo sint ꝛ aliquãdo non sint: cõstat autẽ que ea que semper nõ sunt nõ sunt alique entitates vel eẽntie: ꝛ tamẽ talia vocat res: ꝛ hoc iõ est qꝛ vt ptactum est per Ansel. qm̃ sic loquimur de illis sicut de reb᷒ existẽtibus: ꝛ sicut similiter dicit Aug. in hyponosticõ. Rñsiõe pma in fine cum ex cõsuetudine locutiõis humane: de eo q̃ nihil penitus est dicimus nihil est: dicentes: nihil: nomẽ totale nominamus: cum vo addimus: est. rẽ significamus: omne eniꝫ q̃ dicemus est: esse aliquid estimamus: ꝛ ideo ita de nihilo: quasi aliquid sit loquimur: dicẽdo nihil est: cum tamen ipsum non sit vere aliquid. i. entitas vel eẽntia. Sicut ergo nõ omne qđ dicitur aliquid est vere aliquid. i. aliq̃ entitas: ita non omne qđ dicit aliud est alia entitas. Qđ etiam cõfirmatur per Aug. qui dicit in li. de gen. ad lrãm. imperfectio q̃ aliud est lux aliud tenebre: ꝛ tamen in precedentibus ꝛ sequentibus ꝛ alijs locis plurimis contra Manicheos dicit: q̃ tenebre nulla entitas sunt.

Fol. 117. col. 2. post pn̄m linee. 46.

¶ Item satis cito post ait Aug. Qđ si homo nõ esset cõtra substa non esset: qui relatiue dñs dicetur: ꝛ si non esset equus q̃dã substãtia nõ esset qđ iumentum relatiue dicetur. Ita si nummus non esset aliqua substa: non arra posset relatiue dici: quapp si ꝛ pater nõ est aliquid ad seipsum: nõ est oĩno qui relatiue dicat̃ ad aliquid: vbi patet q̃ vult pbare patrem esse aliquid ad seipsum ꝛ non omne q̃ ipse est eẽ ad aliquid per talem ɔñtiam. Si pater nõ esset aliqua substa non relatiue dicetur ad aliquid: sed si pr̃ nõ esset aliqd ad seipm̃ nõ esset aliqua substa: igit̃ si pater nõ eẽt aliquid ad seipm̃: nõ relatiue dicet̃ ad aliquid: ꝛ pro eodem accipit substam ꝛ essentiam: sicut pꝫ in verbis eius p̃ supra allegatis quibus sine medio ista subnectũtur. ergo ex opposito si relatiue dicitur ad aliqd: dicit̃ ꝛ aliqd ad seipsum: ꝛ per ɔñs non omne q̃ ipse dicit̃: dicit̃ ad aliqd relatiue: ꝛ sic de quolibet ɔtingit arguere. ¶ Et nota vlterius q̃ ex minore hui᷒ hypo^ci syllõ. sequitur q̃ si aliqua entitas vel eẽntia nõ esset aliquid ad seipsaz aliq̃ eẽntia nõ esset essentia: seu aliqua entitas nõ esset entitas. Itẽ ex cõclusione infert̃: q̃ si aliqua entitas nõ esset aliquid ad seipsaz aliqua entitas relatiua: non relatiua diceretur ad aliquid ꝛ ambo h̃ includunt contradictionem.

Fol. 118. col. 2. post med. linee. 38.

¶ Aut est distinctus ab illa distinctiõe per ipsammet distinctionem: ꝛ hoc est ĩpossibile. Tũ qꝛ tũc ipsa esset terminus suipi᷒: nam omne ad q̃ quid refert̃ per aliquã relationẽ est terminus illius relationis: sed per istam distõnez sor. refert̃ ad ipsammet sm̃ responsionem datam: nã dicit̃ q̃ per ipsam distinguitur ab ipsa. ergo ꝛc. Et sic eadem rõne posset dici q̃ deus est relo creature ad deum. ꝛ pla. est distinctio sor. ab eo. ꝛ sic de alijs. Tũ qꝛ ex hoc sequit̃ q̃ ipsa distinctio sor. a pla. que vocetur. a. sit distincta a seipsa ꝛ ipsa non sit ipsa q̃ implicat cõtradictionẽ. declaratur ɔñtia: nam per dicta pꝫ q̃ ipm̃. a. distinguitur a sor. ꝛ non alia distinctione superaddita: ne ꝓcedatur in infinitũ in distõnibus super seinuicez fundatis: igit̃ seipsa: ꝛ per ɔñs ipsa etiã refertur p seipsaz: ꝛ si sic: igitur ad oẽz tñ suũ: ac p hoc ad seipsaz: ꝛ sic ipsa est distincta a seipsa. ¶ Preterea. Ipm̃. a. nõ soluz distinguit̃ a suo fundamẽto q̃ est sor. sed ẽt a suo termio q ẽ pla. ꝛ a correspondente relatione que est distictio pla. a sor. ꝛ a quolibet pdictoꝝ distinguit̃ nõ alia distinctione media: sed seipsa ne sit ꝓcessus in infinitũ vt dcm̃ est: ꝛ aduersarij etiã hoc ɔcedũt: igit̃ ipm̃. a. eque essentialr̃ ꝛ per se respicit qđlibet pdictoꝝ tanquã suũ terminũ ꝛ per ɔñs oẽ q̃ per ipm̃. a. formalr̃ refert̃ ad vnũ illoꝝ refert̃ ad qđlibꝫ ipoꝝ: cũ nõ sit potior rõ de vno q̃ de alio vt supra de idẽtitate dicebat̃: ꝛ põt exẽplo ostẽdi vtrũq;. Si. n. aliq̃ forma. v. g. calor sit rõ pducẽdi actu plures calores i diuersis subiectis oẽ q̃ per illã pducit aliq̃ illoꝝ: pducit q̃libet: ꝛ si illa nõ sit actu rõ pducẽdi. i. qua actu calor pducat̃: sꝫ potẽtialiter tñ. i. q̃ põt pduci ẽt oẽ q̃ p illã ẽ pductiuũ vni᷒ ca᷒ oĩs est pductiuũ cuiuslibet ipsoꝝ. vñ ẽt h̃ ẽ rõ sm̃ multos doctores pp quã inseparabilia sunt opera trinitatis ad extra: qꝛ in trib᷒ psonis est vna ꝛ eadẽ virt᷒ actiua: ꝛ iõ cuiuscũq; per illã vna psona est actiua ꝛ q̃libet. Sic suo mõ in ꝓposito: si. a. ẽ rõ referẽdi ad plures terminos per se oẽ q̃ refert̃ per relationẽ. a. ad vnũ per se terminũ eius refert̃ ad q̃lꝫ. Sed sor. per eã refert̃ ad pla. igit̃ ꝛ ad seipm̃ q est etiã terminus ipsius. a. ꝛ per ɔñs sor. distinguit̃ a seipso per ipm̃. a. q̃ implicat ɔtradictionẽ.

Fol. 118. col. 3. post med. linee. 46.

¶ Scđo ad idẽ. Sumo duo alba quoꝝ vnũ sit per totuz vniformiter ꝛ eque itẽse albũ: ꝛ sit illud. a. aliud aũt sit difforme remissius. vꝫ. albũ in vna pte q̃ in alia: ꝛ sit. b. cõstat q̃. a. est simile. b. ꝛ cuilibet pti ei᷒ cũ q̃libet sit alba. Quero igit̃ aut vnica similitudine. a. est simile cuilibet pti. b. aut vni pti vna similitudine ꝛ alteri per aliã similitudinẽ nõ põt dici 2^m p istos: qꝛ cũ sint ĩfinite ptes in. b. tũc i. a. ꝛ in q̃lꝫ ei᷒ pte eẽnt ĩfinitẽ similitudines respectu. b. ꝛ fortius ꝓcederet ar^m si. b. eẽt difforme p totũ sicẽ posse ꝛ sic est de facto de corpe illuminato ad aliq̃ agẽte. nã sm̃ maiorẽ ꝓpinqtatẽ ad agẽs ipm̃ est luminosius: vel de duob᷒ luminosis vno vniformi p totũ ꝛ altero difformi per totuz fiat ar^m. Et pma si sint infinite similitudines. sumat̃ vna eaꝝ q̃ sit. b. igit̃ p. b. est a simile alicui pti. b. q̃lꝫ aũt ps. b. est extẽsa ꝛ diuisibilis: ꝛ per ɔñs sm̃ casum est difformis ꝛ minus alba vel luminata in vna ei᷒ parte ꝛ in alia magis: igit̃ per. b. que est vnica similitudo. a. est simile alicui difformi cuilꝫ ei᷒ pti: ꝛ eadẽ rõne põt ꝛ dꝫ poni q̃ totũ. a. sit simile per vnicã similitudinẽ toti. b. ꝛ cuilꝫ eius pti nõ obstãte q̃. b. sit difformiter tale p totũ qđ est alia ps distinctiue. Sed si sic sit illa similitudo. c. Aut. c. est indiuisibilis extẽsiue aut diuisibilis ꝛ extẽsa per totũ. a. nõ pmũ: qꝛ tũc eius subm̃ oporteret esse indiuisibile ꝛ per ɔñs pũctũ: sed nõ est rõ q̃re poti᷒ vnũ pũctũ q̃ aliud nisi dicat̃ q̃ sit tota in quolibet sic de aĩa intellectiua dicimus: qđ vr̃ incõueniẽs nec ab aliquo ponitur de ipsa relatione aut alia forma preter intellectiuam. Si vo sit exten-

sa per totum.a.aut quelibet pars q̄ntitatiua ip̄s⁹.c.est eque intēsa ad quelibet alia aut vna plus ꝙ̄ alia.nō pōt dici 2ᵐ quia nō posset sibi assignari determinatū subiectū:cuꝫ totū.a.sit vniforme:⁊ per ꝯn̄s nō est rō q̄re in vna eius pte sit itensior ꝓ ꝙ̄ in alia:est igit̄ q̄libet post q̄ntitatiua ipsius.c.eque intēsa cū alia q̄libet eius.Et si sic seq̄tur vlterius ꝙ ip̄m.a.⁊ q̄libet ps eius sit eque siſe vni pti.b.⁊ alteri ⁊ nō plus vni ꝙ̄ alteri:q2 ſm opinionē sicut nihil est albi⁹ nisi per intēsionē albedinē sic nihil est siſi⁹ nisi p intēsionē siſitudinē.Sed ꝯn̄s est ipoſe cuꝫ vna ps albedis b.magis distet a gradu albedinis.a.⁊ alia minus. ¶ Preterea. Supponat̄ ꝙ medietas.b.sit eque itēse alba cū.a.⁊ alia medietas.b.sit minus:deinde intēdat̄ ps minus alba ꝯstat ꝙ fiet magis siſis ip̄si.a.⁊ cuiliꝫ parti ei⁹:⁊ per ꝯn̄s itēdet̄.c.⁊ nō poti⁹ ſm vnam eius ptē ꝙ̄ ſm aliā cuꝫ sit vniforme p totū:⁊ cū p.c.sit.a.siſe cuilibet pti.b.vt est ꝓbatū.sequit̄ ꝙ.a.fiet magis.siſe ip̄si parti.b.eque intēse albe ip̄si.a.ꝙ̄ erat p̄us:⁊ tn̄ neutrū est fcm̄ magis aut minus albū ꝙ̄ erat p̄us qd̄ est ipoſe. Rursus si ponat̄ ꝙ pars.b.eque alba remittat̄.seq̄t ꝙ remittat̄ siſitudo ip̄s⁹.a.q2 min⁹ erit.a.siſe illi ⁊ sic.c.simul remittet̄ ⁊ intendet̄ in seip̄a qd̄ est impossibile ſm viam illam loquendo.

[Fol.118. col. 4. post p̄n^m linee.4.]

¶ Vñ nō dico istū ꝓcessum infinitum vnionum aut distinctionū de quo in p̄cedēti rōne agebat̄ esse ipoſeꝫ ex h̄.ꝙ sit ipossibilis actualis ifinitas rerū:cū hoc nō sit simpl̄r verū:q̄uis p aduersarios vel plures eoꝝ istud ipoſe reputet̄:⁊ p hoc rō eēt efficax cōtra eos.Sꝫ ifinitas taliꝫ rerū q̄.s.sint eēntialr̄ ⁊ cāliter ordinate ad vnū demōstratū est penitus ipoſe:nā implicat ꝯdictionem vt paruit nunc de vnionib⁹:⁊ simili mō de distinctionibus pꝫ ꝯsideranti.Q̄uis ēt posset dici ꝙ lꝫ sit possibilis actualis ifinitas rerū:nō tn̄ ponit̄ de facto aliq̄ talis ifinitas rerū non facientiū p se vnū ⁊ distinctarū specifice:q̄ tn̄ duo ꝯcurrerent in vtraq̄ infinitate p̄dicta:nā nec ille infinite vniones inter se nec infinite distinctiones inter se ꝯstituūt aliqd p se vnū. Iteꝫ vnio materie ad formā substātialē erit alteri⁹ rōnis ab vnione materie ad illā vnioneꝫ qua vnitur forme subali sic ⁊ ip̄si termini.Et eodē mō tertia vnio erit alterius rōnis a p̄ᵃ ⁊ a 2ᵃ ⁊ sic de quali bet:⁊ eodē mō de distinctionib⁹.Q̄uis igit̄ forsitan quis diceret nō eē ipossibile ꝙ sit talis infinita multitudo rerū:glꝫ tn̄ diceret q̄ntū appet ex scriptis ei⁹ hoc esse falsum:⁊ sic rō deducit ad falsuꝫ ⁊ si nō ad ipoſe:ꝙ etiā sufficit in ꝓposito:nihilominus tn̄ in ꝓposito ēt ad ipossibile ducit sic pꝫ p id qd̄ tactū est p̄mo.

¶ Scd̄o sp̄āl̄r de vnione ptiū ꝯtinui ar⁹.q2 si vna ps ꝯtinui vniret̄ alteri vnione media seq̄tur ꝙ alicui⁹ rei pmanētis eēt dare vltimū instās sui eē post ꝙ nihil eius eēt:ꝙ est ipoſe vt in.17.d. ꝓbatū ē.ꝯn̄a declarat̄.Sumat̄ loco exēpli vna aqua ꝯtinua q̄ tota quiescat localr̄ per aliqd̄ t̄ps:deide ponat̄ ꝙ vna medietas eius p aliqd̄ agēs segreget̄ ab alia p motū localeꝫ ꝯtinuū:ꝯstat ꝙ vnio qua ip̄sa vnit̄ alteri parti erit p totū t̄ps q̄etis:ac etiaꝫ in vltimo instāti t̄pis mēsurātis quietē:sic ⁊ toto i⁹ t̄pe ac ēt in illo instanti finali ip̄sa pars erit vnita reliq̄ue.Sꝫ post illud instans nō erit illa vnio sicut nec illa pars erit vnita:naꝫ in quolꝫ instāti seq̄ūte illud ip̄sa erit distās.Nec etiam aliqua ps illius vnionis erit post illud instans:q2 si erit:igitur in aliq̄ vel q̄libet parte illius medietatis mote erit pars vnionis:⁊ per ꝯn̄s aliq̄ vnio cū quelibet ps vnionis sit vnio ſm sic opinātes:⁊ si in aliqua:erit igit̄ ⁊ in qualibet:q2 ps casum tota medietas sil̄ segregatur ⁊ nō vna ps eius añ aliā:pp ꝙ nō plus in vna ꝙ̄ in alia remanebit pars aliq̄ vnionis:⁊ sic sequit̄ ꝙ postq̄ erit mota ⁊ segregata ab alia adhuc erit vnita ei:⁊ sic sil̄ erit vnita ⁊ distans ab ea:ꝙ est impossibile.Vel in illa erit vnio ⁊ non erit vnita ꝙ nō minus est ipoſe.Et p eādē rōnē idē ꝯn̄s seq̄t de vnione medietatis quiescentis ad medietatem que mouetur:naꝫ vtriusq̄ erit idem instans omni instantium esse.

[Fol.119. col. 3. post med. linee.17.]

¶ Vltimo idem probo de relatiuis.3.modi īter que est visio ⁊ intellectio.Si eni omnis visio esset visio per aliquā entitatē īherentem sequeret̄ ꝙ aliqua entitas duraret per instās tn̄ ꝙ est impoſe vt pꝫ.17.di.ꝯn̄a ꝓbat̄:q2 possibile est vt ꝓbatū est.dis.3. ꝙ aliqua q̄litas sit visio tn̄ per instans.Ideꝫ seq̄tur de intellectione illa qua tūc simul intuitiue cognosceret̄ illud visibile.

[Fo.120. col. 2. post p̄n^m linee.40.]

¶ Item lib.12.cōmē.19.dicit ⁊ ꝙ dꝫ homo dubitare vtrū elementa substātie sunt elemēta relationis ⁊ alioꝝ aut nō.Sed est incōueniēs vt sint eadē.Tunc eni substātia ⁊ relatio erūt sub eodem gn̄e.H̄ attende ꝙ dicit elementa relationis ⁊ sub̄e nō esse eadē:ex quo seq̄tur nec relatio ⁊ substātia.Item deducit velut ad incōueniens ꝙ tunc substātia ⁊ relatio erunt sub eodē genere:qd̄ tn̄ sequeret̄ si aliqua relatio esset substātia.Deinde post verba p̄missa imediate adiūgit.Et dixit ꝓprie relationē:q2 est debilioris esse aliꝫ p̄dicamētis:ita ꝙ q̄dā reputauerunt ipsum esse ex secūdis itellectis.Sed absolutū nō est debilis entitatis:

quare ⁊c̄.Plures alie auctoritates tam Auicē.ꝙ̄ simplicꝫ possent adduci:sed nō est multum curandum de illis.

[Fol.121. col. 2. post p̄n^m linee.14.]

¶ Ad rem aūt magis:⁊ ad intētionē doctoꝝ antiquoꝝ dicentiuꝫ ꝙ relatio nō distinguit̄ a fundamento:⁊ ꝙ relatio ⁊ fundamentum sunt idem.Dico ꝙ hm̄ōi verba nō sunt accipiēda.s.ſm ꝓpriā sermonis significantiā:q̄m sic falsa sunt:nec eos taliter intellexisse aliquis beniuolus auditor vel lector putaret:q2 statiꝫ apparet ꝙ implicat ꝯtradictionē quā latuisse tantos doctores nullus sapiens cogitaret.Sed in ꝓprie loquebantur.vtentes actu exercito pro significato:⁊ vere tamen in sensu quem habebant.Vnde ad ar.

[Fol.121. col. 3. circa fineꝫ linee.44.]

¶ Et maxime ſm dicta doctoris cuius est hec argumentum hꝫ instantiam Nam sicut ip̄se cōcedit ⁊ verū est.aliq̄s nō habens spiritūsanctū ſm se:pōt illuꝫ habere nulla entitate causata vel distincta in eo vel spiritusancto:aut alio aliquo:⁊ cōstat ꝙ hoc non est ꝓpter trāsitū tēporis q̄uis nō possit habere:⁊ nō habere spiritūsanctū nisi in alio ⁊ alio tempore:nō plus ꝙ̄ ꝓpter transitū tēporis natura possit esse p̄us vnita ⁊ postea nō vnita vel ecōuerso:que tamē nō pōt simul esse vnita ⁊ non vnita:sed in alio tn̄ ⁊ alio tēpore.Similiter sor.habens spiritūsanctum nō plus ꝙ̄ pla.pōt habere spiritūsanctuꝫ plus ꝙ̄ plato:nulla re nouiter destructa vel ꝓducta:⁊ per ꝯsequēs cōtradictoria possunt successiue verificari sine productione vel destructe rei ex qua. ¶ Et si dicat̄ ꝙ iste doctor dicit illa ꝯtradictoria verificari ꝓpter lapsum tēporis.Dico ꝙ verum est ꝙ ip̄se sic dicit:sed cōstat istud nō est verū per dicta.Aut si verū sit:nō minus erit verum in ꝓposito:⁊ per ꝯsequēs minor rōnis eius erit falsa.⁊ nō ꝓbabit̄ sufficiēter cōsequēs:qd̄ est ꝓpositum. ¶ Preterea. Habet instantiā:q2 q̄uis vt dicit ipossibile sit ꝙ deus p̄mo nō sit creans ⁊ postea creans:nisi aliqua creatura post nō esse habeat esse:nec etiā sit possibile ꝙ p̄mo nō sit annihilās ⁊ post sit annihilans:nisi creatura post esset habeat nō esse:est tamē possibile ſm eundem:ꝙ primo sit creans ⁊ postea non sit creans:absq̄ ꝙ aliqua creatura desinat esse vel accipiat esse.Nam si deus in instanti.a.creet vnuꝫ añᵐ ⁊ postea nihil creat:deus in instanti.a.est creans:sic.a.instans p̄sens:⁊ post.a.nō est creans ⁊ tamē nulla res ꝓducat̄:ꝯstat:nec etiā aliqua destruit̄ cū creatio nō sit aliqua res alia a deo ⁊ creatura ſm eum ⁊ ſm veritatem etiam:q2 tunc talis res haberet esse tn̄ per instans qd̄ est ipossibile vt est supra ꝓbatū distin.17.nec apparet que alia res destruat̄ ad hoc ꝙ deus nō sit creans. ¶ Preterea.Esto ꝙ nulla alia dari posset instantia:adhuc ip̄sa maior neganda esset ꝓpter ea de quibus agitur in proposito:nam ꝓbatuꝫ est ꝙ vnio materie ad formam:nō est aliqua entitas a materia distincta:⁊ eadem ratio est de vnione eius ad formaꝫ accidentalē ⁊ substantialem.Similiter probatum est:ꝙ vnio partium continui nō est aliqua talis entitas alia:⁊ ex quolibet istoꝝ pōt formari instantia ad illam maiorem.

[Fo.122. col. 2. post fineꝫ linee.4.]

¶ Ad illam.12.meta.Dico ꝙ nō est putandum relationem habere aliqua intrinseca p̄ncipia quoꝝ vnū sit eius materia ⁊ aliud forma ex quibus essentialiter cōponat̄:hoc enim nō est verum nisi de substātia cōposita:⁊ de relatione que est substātia cōposita:nec talia p̄ncipia habent substātia ⁊ qualitas:vt in di.8.q. 3.ꝓbatū est:nec hoc intendit Ph̄s:sed p̄ncipia cōmunia omnibus p̄sentis de quib⁹ loq̄tur sunt potētia ⁊ actus vt ibi dicit Cōmentator loquēs in hoc ꝓposito cōmē.26.⁊ sumunt̄ potētia ⁊ actus ꝓut aliqd dicit̄ esse aliqd in actu:aut dicit̄ esse illud in potētia tn̄:⁊ de istis loq̄tur Cōmē.h̄ de ais cōmē.6.ꝙ ꝯueniūt oibus entibus ⁊ sunt dr̄ie valde opposite:ꝙ dicit q2 h̄ loq̄tur de esse in potētia ſm ꝙ cōnotat negationē ei⁹ qd̄ est esse in actu:sicut etiā sumit̄.9.meta.hoc aūt mō reperiunt̄ in quolibet p̄dicamēto:q̄m q̄dlibet p̄dicamētū p̄dicat̄ aliq̄n de aliquo in potētia.i.per ꝓpōnē de possibili.aliq̄n in actu.i.per ꝓpōnē de in eē. Vnde ꝙ ad p̄dicamētū relationis:pꝫ:q̄m aliqd est pr̄ in potentia:sine pōt eē pr̄:⁊ aliqd est actu pr̄.⁊ idē p̄us est pr̄ in potētia: ⁊ post est pr̄ actu.Sicut aliqd prius pōt esse homo ⁊ postea est homo:⁊ sic pōt reperiri in quolibet p̄dicamēto.dr̄r aūt diuersoꝝ p̄dicamētoꝝ eē diuersa talia p̄ncipia:q2 aliud est posse esse hoiem aliud posse eē pr̄em.nā aliq̄s q est actu homo:nō pōt eē homo sicut in ꝓposito sumit̄ posse:⁊ tn̄ pōt eē pr̄:⁊ sir̄ aliud est esse hoiem:aliud esse pr̄em.Cuꝫ aliq̄s sit homo q nō est pr̄:⁊ sic debēt itelligi p̄ncipia p̄dicamētoꝝ.Vnde Cōmē.cōmē.26.hoc ingt.s.act⁹ ⁊ potētia sunt p̄ncipia oium:q2 q̄dlibet aliq̄n est in potētia:aliq̄n in actu:oiuꝫ subaudi que hn̄t p̄ncipia:⁊ in q̄libet p̄dicamēto talia reperiunt̄:lꝫ nō q̄dlꝫ qd̄ est i p̄dicamēto talia p̄nᵃ hēat:sic nō q̄dlꝫ q̄nq̄ est in po⁹.Vñ nunq̄ de⁹ est in po⁹ sb̄a: q tn̄ est in p̄dicamēto sub̄e ſm Cōmē.⁊ ſm ꝙ ꝓbatū est.d.8.Ex his aūt pꝫ ꝙ nō ꝯcludit̄ aliq̄ mō de relatione ꝙ sit talis entitas

ab omni

ab oi absoluta entitate distincta. ¶ Lũ viteri⁹ dĩ q̃ Lõmẽ.hꝫ p̃ incõuenienti q̃ substãtia z relatio sint sub eodẽ gñe. dõm q̃ in-cõueniẽs est q̃ sint sub eodẽ gñe per se ita q̃ illud de eis p̃dice-tur in qd. nõ aũt est incõueniẽs q̃ idẽ genus p̃dicet̃ de substan-tia z relatione nõ in qd. Primũ aũt nõ seqtur vnitez relationẽ z substãm esse vnã rez. Sed bene dicẽtẽ: q̃ p̃ncipia subẽ z relatio-nis mõ p̃missõ sunt eadẽ: qm̃ si idẽ esset posse esse p̃rez: q̃ posse esse hoiem z ecõuerso. z idẽ esset eẽ hoiem q̃ esse patrẽ z econ-uerso: z sic qcqd de vno diceret̃ in qd: ẽt diceret̃ i qd de reliquo. ¶ Q: vltimo dĩ q̃ relatio est debilioris eẽ zc̃. Hoc dĩ Lõmẽ. nõ q̃a sit aliq̃ relatio fortissimi z potẽtissimi esse: cũ aliq̃ relatio sit de⁹: sed q̃z esse ad aliqd nõ est aliqd esse: sm̃ se: q̃mis esse qd̃ est ad aliqd sit sm̃ se aliqd: vt supra dicebat̃: z tñ esse hoiez vel albedinem: aut aliqd q̃ absolute dicat̃ est esse aliqd sm̃ se. Nec istud arguit diuersitatẽ entitatis absolute ab entitate relatiõis vel ecõuerso. nã vt dicit Augu. 7. de tri. ca. 4. aliud est deo esse aliud p̃rez esse: z tñ nec p̃ nec paternitas est alia entitas a deo vel diuinitate. ¶ Ad p̃mã rõnẽ factã in p̃ncipio. q. nego añs. Ad cui⁹ p̃bationẽ p̃mã dico: q̃ p̃prie loquẽdo relatio non attingit extrema nec distãtia: nec p̃pinqua: i p̃prie tñ q̃si põt dici attin-gere extrema: q̃z de vno dicit̃ cũ p̃tractione alterius: z hoc su-mendo relationẽ pro termino relatiuo. Si v̊o sumat̃ relatio p̃-re signatã per terminũ vel nomẽ relatiuũ: pro tãto põt dici at-tingere: q̃z ad hoc q̃ vna res sit relatio. v̊.g. similitudo exigitur q̃dã alia res. Nõ aũt est imaginãdũ q̃ relatio sit aliqd p̃tensuz inter extrema distãtia z attingens z ois imaginatio talis attin-gentie fictio est. ¶ Ad scd̃am etiã dico q̃ p̃prie loquẽdo. rela-tio nõ hꝫ talẽ effectũ formalẽ. Si tñ effectũ formalẽ relationis i p̃prie loquẽdo: accipiamus pro denominari per relationez: vt effectus formalis similitudinis dicat̃ denoiari per similitudi-nem vel esse simile. dico q̃ nã facit aliqd simile: z aliqd equale. Et sic de multis relatiuis: nec p̃pter hoc opꝫ vnã rem ad aliam ferri vel portari. Sicut imaginat̃ ar^m. ¶ Ad tertiũ dico: q̃ pro tãto Lõmẽ. dici q̃ relatio est vna dispõ existẽs inter duo: nõ q̃z sit vnũ ligamẽtũ vel itervallũ mediũ inter illa duo que referun-tur vt isti dñt: sed q̃z ad hoc q̃ aliqd referat̃ vel relatio: q̃ddam aliud exigit̃: sicut ad hoc q̃ q̃s sit p̃ reqrit̃ filius: z vt q̃s sit dñs reqrit̃ seruus: z sic duo ad relationez vnã quodãmõ exigunt̃: q̃ tñ forsan nõ est necessariũ in q̃libet relatiõe: nec id ponere opꝫ p̃pter itẽtionẽ Lõmẽ. ibidẽ. ¶ Ad 4.^m dõm q̃ false p̃hs alle-gat̃: nõ eni ait p̃hs acqrit̃ vel aduenit. Sed p̃tingit veruz esse: vel verificari: vt supra allegatũ est: cuius verba habẽt veritatẽ esto q̃ relatio nõ sit aliqd distinctũ ab absolutis: imo aliter ve-rificari eius verba nõ p̃nt vt supra mõstratũ est. ¶ Ad q̃ntam p̃bationẽ dõm q̃ p̃hs z Lõmẽ. idẽ sũt totaliter. Ad oppositũ pꝫ q̃ q̃z excludẽdo a sua p̃sideratione ens per accidẽs z ens in aia: dñt se velle perscrutari de vero ente qd̃ est extra aiam. Ex reb⁹ aũt inqt p̃hs sm̃ illã trãslationez que sunt in rei veritate est illud qd̃ significat aut qd: aut q̃le: aut q̃ntũ: aut q̃ copulat̃ cum alio: vbi dicit Lõmẽ. q̃ per istud: aut q̃ copulat̃ cũ alio: intelli-git cetera p̃dicamẽta. Ex his pꝫ q̃ itẽtio vtriusq̃ est q̃ q̃dlibet p̃dicamẽtũ significet aliq̃s veras res extra aiam existentes. Et q̃z aliq̃ estimauerunt oppositũ dĩ. 7. vltimis p̃dicamẽtis vt ibi dicit Lõmẽ. ideo ad hãc estimationẽ excludẽdã sp̃ãlẽ de illa. 7. fecit mẽtionẽ simul cũ aliqs: dicens q̃ etiã illa significant ex rebus que sunt in rei veritate extra aiam. ¶ Preterea. Hec p̃batio exp̃sse p̃tradicit argumẽ. vult eni ip̃e q̃ actio z passio sunt ve-re res extra aiam: z tñ actio z passio sunt duo de illis. 7. p̃dica-mentis: de q̃bus tñ oĩbus: dicit Lõmẽ. q̃ estimantur q̃ nisi aia esset nõ essent. Rñ⁹ igit̃ pro eo z pro me dico q̃ non a p̃hõ nec a Lõmẽ. talia estimant̃ non esse nisi aia esset: sed a q̃busdã aliqs false opinantib⁹ sicut z q̃dã etiã false putauerũt relationes esse de scd̃is intellectis vt Lõmẽ. dicit in. 12. quoꝝ oium estima-tionẽ in parte allegata p̃hs z Lõmẽ. excludunt. ¶ Ad sextã p̃-bationẽ pꝫ ex dictis statim supra vbi dictũ est p̃pter qd Lõmẽ. dicit relationẽ esse debilioris esse ceteris p̃dicamẽtis. ¶ Argu-mentũ scd̃m ad p̃mã partẽ. q. gr̃a sue p̃clusionis p̃cedo.

Fo.122.col. 3.post p̃n^m linee.32.

¶ Tertiā ɔclusionē ꝓbo sic. Intellectio qua quis determinate intelligit aliqḋ singulare ex nā sua. sic determinate est notitia illius ꝙ nō est notitia alicuius alterius quātūcūꝗ̄ similis illi: igitur si aliqs intellectus intelligit per illā aliquid aliud determinate intelligit illud cui' ipsa est notitia. ¶ Quarto pōt sic argui. Aliqua cogitatio nō pōt distincte ⁊ intuitiue cognosci ab ipsomet angelo cogitāte: igit̄ vnus angelus nō pōt nāliter intuitiue vidē cogitationes alterius. ɔñtia videt̄ satis patens. Antecedēs ꝓbat̄. Nā si angelus videt cogitationē aliquā suā: aut pōt videri cogitationē illius cogitationis ⁊ simul etiā cogitationeꝫ secūde cogitationis in infinitū ⁊ sic seq̄tur ꝙ simul sunt infinite cogitationes in ipso. Aut deuenit̄ ad aliquā quā videre nō pōt ⁊ habetur ꝓpositū: cuius inquā tanquā obiecti. Antecedens est certū per experientiā aliqꝫ nunquā aliqḋ indiuiduū distincte ⁊ determinate cognosceret̄: nō cognitis aliys oībus sibi similib'. pꝫ etiā per eūdem ɔtra cui' dictū est posita iste ɔclusio. Dicit eniꝫ in suo scḋo in p̄ma ɔclusione. Utruꝫ angelus intelligat alia a se per essentiā suā vel per spēs. in soluēdo qḋdā dubiū per eū motum sic: lꝫ intellectio vel spēs si poneret̄ aliter assimilet̄ multis indiuiduis tamē ex nā sua determinat sibi ꝙ ducat intellectuꝫ in cognitionē illius obiecti a quo partialiter cāturꝛ: qꝛ ita determinat sibi cāri ab illo obiecto ꝙ nō pōt cāri ab alio: ⁊ sic sōlū in eius cognitionē ducit ꝙ nō ducit in cognitionē alterius: Ꝺ ipse.

¶ Aut si qua alia est Ꝺ tñ concurrit: cum igit̄ ⁊c̃. ¶ Et illud videt̄ posse ex alio ɔfirmari. nā cogitatio non videt̄ ab hoīe cognosci nisi per quādam experientiā qua experit̄ se hoc vel illud intelligere vel velle ⁊ sic de aliys actibus quos experit̄ in se: qui oēs pro nunc sub vocabulo cogitationis cōprehēdant̄ nō posset aūt Ꝺ experiri nisi huius actus suas potētias informarēt: sicut nec aliter ipse per eos intelligeret vel vellet vt superius dicebat̄. vnde si ipsa cōseruaret̄ sic per se a deo ꝙ nō informaret intellectum sicut per ipsam tunc intellectus nō intelligeret sic nec eaꝫ intelligeret. quāuis esset eque sibi propinqua vel indistās sicut prius: nec ratio huius alia dari potest nisi qꝛ talis est conditio ipsius ⁊ intellectus.

Fol. 63. col. 1. post p̄ncipiū linee. 39.

¶ Ad p̄mū dico ꝙ sicut circa voluntatē ɔsueuimus distinguere de velle absoluto ⁊ velle ɔditionali ꝙ magis velleitas ꝗ̄ volitio dici solet: sic circa appetitū in cōmuni possum' distinguere de appetitu absoluto ⁊ cōditionali. Cum ꝗ̄ dicit̄ ꝙ act' appetēdi aliqḋ ⁊ actus renuēdi idem sunt ɔtrarij. dico ꝙ esto ꝙ istud ɔcederet̄: si vterqꝫ sit actus absolutus. nō tamē est verū si vnus absolutus alter ɔditionalis. supposito etiā ꝙ talis actus conditionalis sit actus elicitus ꝙ forte falsum est. vnde volitio actus ⁊ nolleitas eius nō ɔtrariant̄: nec sunt incōpossibiles nō solū in eodē hoīe: sed nec etiā in eadem potētia. Sicut pꝫ de ꝓyciente merces in mare qui absolute vult ꝓycere ⁊ cōditionaliter nollet: puta si posset aliter euadere. ⁊ isto mō intelligende sunt auctoritates dicētes appetitus ɔtrarios esse in eodē. P̄rimo aūt mō loquendo de appetitibus. s. vtroqꝫ absoluto forte posset dici ꝙ nec in eadē potentia nec in eodē hoīe sunt simul. vnde nūquā aliqs simul absolute vult aut appetit aliqḋ ⁊ absoluta non vult seu renuit illud idē. Cōtingit tamē alicui videri oppositum ꝓpter imperceptibilitatē. q. successionē ɔtrarioꝝ appetituum in eodē hoīe q sm̄ succedētia sibi iudicia ex diuersis causis ꝓuenientia nūc aliqḋ appetit ⁊ mox renuit illud idē.

Fol. 78. col. 1. post med. linee. 36.

¶ Scḋo si quis vellet tenere ꝙ nulla aīa sensitiua distincta ab intellectiua ꝓducit̄ ante intellectiuā nec etiā simul cū intellectiua in generatione hoīs pōt dici ꝙ si attendat̄ nobilitas ɔditionis in generando ꝑcise penes formā quā generans ꝓducit quo ad hoc homo est ignobilior aliys: eo ꝙ alia perfectionē formam ex se producunt. simpliciter tñ homo est nobilior illis: nec istud est incōueniens cū nō solū aīalia: sed ⁊ ipse ignis hoc mō sit ꝑfectior angelo: nā formā substātialē pōt ex se ꝓducere nō aūt angelus. ⁊ tamē simpliciter angelus est illis perfectior. Nec p̄ma ꝓbatio ad ꝓbandū hoc esse falsuꝫ. vꝫ. qꝛ sicut nō est dōm ꝙ natura deficiat homini in necessarys qꝛ nō dedit sibi virtutē ꝓducendi aīam intellectiuā per quā homo est homo: sic nec qꝛ non dedit sibi vt posset producere aīam aliquā sensitiuā. ⁊ vtriusqꝫ ratio est: qꝛ nec hoc nec illud fuit sibi necessariū: eo ꝙ auctor nature deus sic naturali cursu humanaꝫ naturā administrat etiā huiusmodi formā cōgruenter corpori tribuit: vt humana spēs in sibi necessarys non deficiat. Ad aliam ꝓbationeꝫ pōt concedi ꝙ potētia generatiua in homine est perfectior quo ad essentiam ꝗ̄ potentia generatiua in aliys: nō tamē quo ad effectum. Uel sm̄ modum loquēdi aliquoꝝ modernoꝝ ipsa potentia est

Fol. 78. col. 2. post p̄n^{m} linee. 23.

perfectior essentia sed nõ est perfectior potẽtia: nec hoc est incõueniens. Uno tñ mõ posset dici etiã perfectior potentia: qr.s. ad perfectionẽ effectũ perfecte ꝛ vltimate disponit. ¶ Ad aliaz de nobilitate cõplexionis: dico ꝙ inde nõ sequit ꝙ aliq̃ forma cõplexionalis ꝓprie loquẽdo.i. que ex cõplexione virtute nãlis agẽtis generat: sit in hoie nobilior alijs: sed sufficit ꝙ nobiliori forma corpus taliter complexionatum perficiat: ꝛ sic est. Naz corpus sic nobiliter complexionatum nobilissima forma.s. anima intellectiua perficitur.

¶ Distinctionis.26.27.ꝛ.28. Questio. j.

Fol.54.col.3.post lineas 15.

Circa dist.26.ꝛ duas sequẽtes in quibus Magister agit de gr̃a operante ꝛ cooperante per quã iuuatur liberũ hoĩs arbitriũ ad bene operandũ ꝛ ad malum vitãdũ. quero p̃mo vtrũ homo ſm p̃sentẽ statũ stante influentia dei generali possit per liberũ arbitriuz ꝛ nãlia eius absq̧ spãli gr̃a dei auxilio agere actũ aliquẽ moraliter bonũ. Et arguit ꝙ sic. P̃mo qr homo nãliter põt iplere p̃cepta legis scripte: igit ꝛ nãliter põt op᷒ moraliter bonuz facere. Aña pꝫ per Ap̃lm. ad Ro.2. Cum.n. gẽtes inqt que legẽ nõ hñt nãliter ea que sunt legis faciunt ipsi sibi sunt lex ꝛc̃. ꝯña ꝓbat quĩ talis lex nõ nisi bona opera p̃cipit. dicente Ap̃lo infra ca.7. lex q̃dẽ sancta ꝛ mandatũ sanctũ ꝛ bonũ ꝛ iustũ. ¶ Cõfirmatur per illõ Hiero. in ep̃la ad demetriadẽ virginẽ. Quã eni multos pħoꝝ ꝛ audiuimus ꝛ legimus ꝛ ipsos vidimus: castos: patientes: modestos: liberales: abstinentes: benignos: ꝛ amatores iustitie nõ minus q̃ sapiẽtie. Unde queso hoĩb᷒ alienis a deo ista que deo placẽt? vnde h̃ illis bona: nisi de nãe bono: h̃ ille. ¶ Secũdo. Sicut pꝫ ex sacra scriptura homini a deo p̃cipit ꝛ suadet vt agat opera virtuosa: igit ipse põt talia opera facere. pꝫ ꝯsequẽtia: qr alias frustra darent talia precepta ꝛ exhortationes. ¶ Confirmat per illud Hiero. in expositione fidei catholice. Execramus etiã coꝝ blasphemiã qui dicunt ĩpossibile aliquid homini a deo esse preceptũ: ꝛ mandata dei nõ a singulis: sed ab omnibus posse seruari. ¶ Tertio. Si homo nõ posset talia bona agere: nullus ea non faciendo peccaret: vt enim ait Augu. in li. de duab᷒ aĩabus. vltrꝰ mediũ. Dicere peccati reũ teneri quẽq̃: qr nõ fecit qõ facere nõ potuit sũme iniquitatis est ꝛ isanie. Sed hoc est erroneum: qr ſm illud nullus peccaret nõ implendo diuina precepta.

Ad oppositum est qõ ait Augu. in de p̃de. sanctoꝝ iuxta p̃cipiũ. Nemo inquit sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendũ qõcũq̧ opus bonum: sed in omni opere bono ꝛ incipiẽdo ꝛ perficiendo sufficiẽtia nostra ex deo est. ¶ Hic erunt articuli duo. Naz primo dicet ad questiũ. ¶ Secundo contra dicta arguetur ꝛ ad argumẽta respondebit.

Quantum ad p̃mũ qr pluriuz modernoꝝ est opio ꝙ homo per sola sua nãlia cuz cõmuni influentia dei ꝛ in statu p̃senti ꝛ nature lapse actũ bonũ moraliter.i. ꝯformẽ recte rõni ſm oẽs circũstantias requisitas ad hoc vt actus sit virtuosus ꝛ moraliter bonus põt elicere. v.g. diligere deum super oia dolere ꝛ detestari peccatũ cõmissum: ꝛ ꝙ dei offensiuũ. ꝛ sic de alijs: quoꝝ p̃cipale motiuũ est: qr cuilibet recto dictamini rõnis practice põt volũtas se ꝯformare. Etiã ꝛ in idẽ redit qr circa obiectũ apprehẽsum volũtas põt exire in actũ: ꝛ nõ necessario defectiuũ. Ex q̃bus sicut pꝫ seq̃ ꝙ nõ solũ aliquẽ actũ moraliter bonũ hõ nãliter põt agere. Sed ſꝫ q̃libet spẽm boni moralis põt bonũ actũ elicere. ¶ Que opio q̃tum mihi apparet salua debita opinantiũ reuerẽtia cadit rectissime in errorẽ pelagij: quimmo efrenatius deuiat a doctrina catholica idcirco: primo ostẽdã ꝙ dcm̃ est. deinde ꝯtra op̃. in se ponã ꝯclones tres. P̃ma erit ꝙ in statu isto nullũ actũ moraliter bonũ homo põt agere ex se siue per sola naturalia cũ cõmuni tm̃ influentia dei. Sꝫ ad quodlibet hmõi peragendũ indiget spãli in auxilio dei. ¶ Secũda ꝙ homo ſm hũc statũ ex se absq̧ spãli auxilio dei nõ potest habere aliqõ rectũ dictamẽ practicũ. seu cognoscere quid sit volendum: aut nolendũ: agendũ: vel vitandũ: ꝛ loquor semper de hijs que pertinent ad vitã hominis bonã vel prauã moraliter. ¶ 3ª ꝙ supposito ꝙ homo habeat verã notitiã de agendo: adhuc sine speciali auxilio dei non potest cõformiter velle ꝛ ꝯformiter operari. ¶ Ad euidẽtiã p̃mi sciendum ꝙ pelagius distinguens inter posse: velle: ꝛ agere. Solũ posse dicebat nobis a deo esse. ꝛ ideo ſm eũ non est in nostra potestate: vt possimus bñ vel male: aut possimus bene vel male operari. In nostra aũt p̃tãte est bene ꝛ male velle ꝛ bene ac male agere: nec ad ista diuino indigemus auxilio. vnde ſm ꝙ recitat beatus Aug. lib. p̃mo de gr̃a chri ꝛ peccato originali ca.4. quẽ librũ fuisse Augu. pꝫ 2° retracta. cap̃.50. ipse Pelagius in lib. suo 3° pro libero arbitrio. ait sic. Nos sic tria ista distinguimus ꝛ certũ velut in ordinẽ digesta partimur. Primo loco posse statuimus. 2° velle. 3° esse. Posse in nã: velle in arbitrio: esse in effectu locamus. Primũ illud.i. posse ad deũ ꝓprie pertinet qui illud creature sue ꝯtulit. Duo võ reliq̃. hoc est velle ꝛ esse: ad hoiem referẽda sunt: qr de arbitrij fonte descendunt. Ergo in volũtate ꝛ opere bono laus hoĩs est: imo hoĩs ꝛ dei: q ipsi᷒ volũtas ꝛ operis possibilitatẽ dedit quiq̧ ipsaz possibilitatẽ gr̃e sue adiuuat semper auxilio. Qr võ põt homo velle bonuz atq̧ perficere solius dei est. põt itaq̧ illud vnũ esse etiã si duo ista nõ fuerint. ista võ sine illo esse non possunt. Itaq̧ mihi liberũ est: nec volũtatẽ bonã hẽre nec actionem. nullo aũt mõ possum nõ hẽre possibilitatẽ boni. Inest mihi etiã si noluero nec otiũ sui aliqñ i hoc nã recipit. Quẽ nobis sensum exẽpla aliqua faciant clariorẽ. Qõ possum᷒ videre oculis nr̃m nõ est. ꝙ võ bene aut male videmus: hoc nr̃m est. Et vt gñaliter vniuersa cõplectar. ꝙ possum᷒ oẽ bonũ facere. dicere. cogitare. illius est q hoc posse donauit: q hoc posse adiuuat. Qõ võ bene vel agimus vel loquimur vel cogitamus nr̃m est: qr h̃ oia vertere in malũ etiã possum᷒. H̃ oia sunt v̾ba Pelagij. Clarũ aũt est ꝙ ab ista sententia op̃. p̃missa nõ discordat cũ dicat nos per sola nãlia bene agere posse. Et qr posset responderi ꝙ nec in hoc errauit Pelagius: lꝫ errauerit in alijs: ecce q̃d statiz cap̃.6. Augu. explicans cur Pelagius in p̃missis verbis interposuerit. Quiq̧ ipsam possibilitatẽ ꝛ ait. Sed ne nihil de gratia dixisse videret adiũxit. Quiq̧ ipsam possibilitatẽ gr̃e sue adiuuat semper auxilio. Non ait ipsam volũtatẽ vel ipsaz operationẽ: qõ si diceret. nõ abhorrere a doctrina apostolica videretur. Ex q̃bus manifeste dat intelligi: ꝙ qr illud nõ dixit ipse ab apostolica doctrina abhorruit. ¶ Preterea idẽ Augu. in hypon. iuxta p̃cipiũ huius dogmatis ponens articulos. Huius inquit dogmatis iste sunt nefande blasphemie. Adã inquiunt ꝛc̃. ꝛ sequit. Ipsuz posse hoiem per liberũ arbitriũ tanq̃ per se sibi sufficientem implere qõ velit. H̃ illud coꝝ dictũ dicit esse blasphemiaz. ¶ Preterea in libro de heresibus. ca. penul. Pelagiana inquit heresis ꝛc̃. seq̃tur. Hij gratie dei intãtũ inimici sũt: vt sine hac posse hoiem credant facere oia diuina mãdata. Cum si hoc verum esset frustra dñs dixisse videret: sine me nihil potestis facere per que dñi verba nõ soluz non omnia eius mandata sine sua gratia: sed nec aliqua nos posse mõstratur. ¶ Item in epistola cuiusdam concilij carthaginensis ad papam Innocentiũ p̃mum celebrati sub Aurelio episcopo carthaginensi: sic habetur. Pelagium ꝛ celestium auctores nefarij prorsus ꝛ a nobis omnibus anathematizandi erroris aduertimus. ꝛ seq̃tur. Isti asserunt in eo dei gratiã deputandã ꝙ talem hominibus instituit creauitq̧ naturam: que per ꝓpriã voluntatẽ legẽdi posset implere siue naturaliter in corde ꝯscriptã siue in litteris dataz. In rescripto aũt p̃dicti Innocẽtij ad p̃fatum cõcilium: quãtuz ad hunc articulum sic papa ꝯcludit. Quisquis ergo huic assentiens videt esse sententie: qr dicat adiutorio nobis nõ opus esse diuino: inimicum se catholice fidei. ꝛ dei beneficio profitet ingratum. Itẽ in cõcilio milenitano tpe Archadij ꝛ honorij imperatorum. Et pape predicti Innocentij sub eodem Aurelio ep̃o celebrato. Sic habetur ca°.5. Itẽ siq̃s dixerit eandem gratiam per Jesuz chr̃m. d. n. propter hoc tm̃ nos adiuuare ad nõ peccandum qr per ipsam nobis reuelatur intelligentia mãdatorum: vt sciamus quid appetere. quid vitare debeamus. nõ autem per illam nobis prestari vt qõ faciendũ cognouerimus facere debeamus atq̧ valeamus. Anathema sit. Quis autez non videat hoc eos dicere qui asserunt ex puris naturalibus nos deũ posse diligere super oia. in quo ſm s̃niam saluatoris tota lex pẽdet: ꝛ cuilibet recto rõnis dictamini non posse voluntatem ꝯformare sine spãli auxilio dei. Immo eo amplius se nõ agere dei gratia monstrant quo nec ad cognoscendum quid agendum nobis sit vel vitãdum dicũt nos egere diuino auxilio: sed id per sola nostra naturalia posse. ¶ Itẽ idẽ Aurelius episcopus in epistola quã scripsit ad oẽs ep̃os per bizantenam ꝛ arzigitanaz ꝓuinciam ꝯstitutos de damnatione pelagij atq̧ celestij hereticorum. primo ponit dogma pelagij. d. Cum diceret.s. pelagius adaz immortale factũ ꝛc̃. sequitur. Et gr̃am dei atq̧ adiutorium non ad singulos actus dari. sed in lib. arbi. esse vel in lege atq̧ doctrina ꝛ infra. H̃ omnia pelagius anatemathizauit ꝛc̃. Deinde ponens dogma catholicum singulis articulis pelagij opponit articulos catholicorum: ꝛ ꝯtra eum qui nunc pelagij recitatus est. sic ait. Ut ꝯfiteat gratiam dei ꝛ adiutorium etiam ad singulos actus dari ꝛc̃. ¶ Qr si isti h̃ consentiant. Aut igitur sine tali adiutorio possemus illa eadem: licet forte: nõ ita faciliter vel difficilius. ꝛ tunc consentitur pelagio: qui vt dicit Augu. in de heresibus vbi supra increpatus a fratribus ꝙ nihil tribueret adiutorio gratie dei ad eius mandata facienda correptionem eorum hactenus

cessit: vt

cessit: vt non eam libero arbitrio preponeret sed in fideli calliditate supponeret. dicens ad hoc eam dari hominibus vt que facere per liberum iubentur arbitrium facilius possint implere per gratiam. dicendo vtique vt facilius possint voluit credi etiam si difficilius tamen posse homines sine gratia dei facere iussa diuina. Illam vero gratiam sine qua nihil bene possumus facere non esse dicuntur nisi in libe. arbi. quod nullis suis meritis precedentibus ab illo accepit nostra natura. et hoc vtique damnatum etiam est prealleguto concilio. ¶ Aut sine tali adiutorio nequaquam possumus: et tunc sequitur quod non ex puris naturalibus illa possimus.

Fol. 95. col. 1. circa finem linee. 62.

¶ Sexta suppositio est quod homo in statu presenti non est ex se sufficientior ad habendum bonum velle quam diabolus. hoc patet per Augu. de fi. ad pe. cap. 3. vbi ait sic. Si possibile esset vt humana natura postquam a deo auersa bonitatem perdidit voluntatis ex se ipsa rursus eam habere potuisset. multo possibilius hoc natura haberet angelica que quanto minus grauatur pondere terreni corporis tanto magis hoc esset posita facultate. quod dictum non esset verum si ad habendum bonum velle homo ex se sufficientior vel potentior esset quam diabolus.

Fol. 96. col. 1 circa finem linee. 54.

¶ Sexto. Si homo etc. sequitur quod homo in isto statu est ex se potentior ad habendum bonum velle quam diabolus. consequens est contra suppositionem sextam: consequentia probatur quoniam diabolus non potest ex se habere aliquod velle moraliter bonum. Sicut expresse dicit Aug. de fi. ad pe. ca. 3. Unde quod hic ponderandum est ibidem ex hoc medio vult probare quod homo non potest ex se habere aliquam bonam cogitationem vel bonam voluntatem quod nunc principaliter etiam inquiritur. Ait enim sic. Bone voluntatis initium et cogitationis non homini ex se ipso nasci sed diuinitus et preparari et tribui in eo deus euidenter ostendit quod neque diabolus neque aliquis angelorum eius ex quo ruine illius merito in hanc inferiorem decursi sunt caliginem bonam potuit aut poterit resumere voluntatem. Quod si possibile esset etc. vt in probando suppositionem recitatum est. ¶ Item in epistola ad vitalem dicit. Nec ipse diabolus arbitrium habet liberum ad bonum faciendum: sed in maximam maliuolentiam pena sui sceleris obduratum. ¶ Ex qua auctoritate patet eum negare a diabolo possibilitatem non solum voluntatis meritorie sicut forte aliquis vellet glosare: sed etiam voluntatis moraliter bone cum dicat eum obduratum in maliuolentia: que non est aliud quam mala volitio.

Fol. 98. col. 4. ante me. linee. 39.

¶ Tertio quamuis non sequatur quod homo possit ex puris naturalibus mereri vitam eternam ad illum sensum quem dat responsio: sequitur tamen quod homo potest ex puris naturalibus ea facere propter quibus in premium habebit vitam eternam quod vtique falsum est: et dico quod istud sequi si teneatur dictum opinionis cum suis fundamentis: nam ex illis eque concluditur de quolibet actu cadente sub precepto diuino: et sic illa hypoponere et ita ponunt communiter eam tenentes quod homo ex puris naturalibus potest implere omnia precepta moralia quantum ad substantiam operum: seu quod idem est: agere quecunque agi precepta sunt et vitare que sunt iussa vitari. Quod autem illud sequatur patet expresse per propositionem Aug. contra pela. in de natura et gra. circa principium. vbi sic arguit. Natura humani generis ex illius vnius preuaricatoris carne procreata si potest sibi sufficere ad implendam legem perficiendamque iustitiam de premio debet esse secura hoc est de vita eterna. etiam si in aliqua gente aut aliquo superiore tempore fides eam latuit sanguinis christi. Non enim iniustus deus qui iustos fraudet mercede iustitie. ecce clare posita consequentia. que confirmari potest per verbum christi. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. et Prouer. 7°. scribitur serua mandata mea et viues. Quod vero consequens sit falsum: probat statim subdens. Quod si fieri potuit aut potest: hoc ego dico quod de lege dixit apostolus. christus gratis mortuus est. Si enim hoc ipse dixit de lege quam accepit gens vna iudeorum: quanto iustius dicitur de lege nature quam accepit vniuersum genus humanum: si per naturam iustitia: ergo christus gratis mortuus est.

Fol. 96. col. 2. post lineam. 10.

¶ Ex alio insuper sumpto eandem conclusionem confirmo. Sanctus si quidem prosper in libro suo pro predicatoribus gratie quem fecit contra vnam collationem Cassiani intitulatam de protectione dei. et est. 13. in numero totali collationum. et. 3ª in numero collationum 2ᵉ partis. in qua collatione Cassianus multa loquitur de gratia dei et potestate liberi arbitrii. Duodecim circa dictam materiam notat sententias Cassiani quas diffinitiones vocat. et primam tamen laudat et approbat tanquam catholicam: ceteras vero damnat et respuit tanquam repugnantes catholice veritati. Hinc ne legentes illam collationem laberentur errore pia patrum diligentia vt estimo factum est quod ille diffinitiones in predicta collatione notarentur: et cuilibet sigillatim correptio et reprobatio beati prosperi breuiter ex prenominato eius libro excepta ingereretur ne falsitas pro veritate reciperetur. Et taliter in omnibus pene libris dicta collatio correcta inuenitur. ¶ Ceteris autem pro nunc propter breuitatem obmissis quibus nihilominus presens confirmatur propositum: tres tantummodo memoro scilicet tertiam et scribitur ibi ca°. 9. in qua Cassianus ait sic. Nisi quod in his omnibus et gratia dei et libertas nostri declaratur arbitrii. Et quia interdum suis etiam motibus homo ad virtutum appetitus possit extendi: semper vero a domino indiget adiuuari. Hanc reprehendit sanctus prosper. propter illud. Et quia interdum suis etiam motibus etc. dicens. Quasi medicus noster non etiam hoc donet morbidis vt verum desiderent sanitatem. Item quartam que scribitur ibi cap°. 10. in his verbis. Ut autem euidentius clareat etiam per nature bonum quod beneficio creatoris indultum est: nos aliquando bonarum voluntatum prodire principia que tamen nisi a domino dirigantur ad consumationem virtutum prouenire non possunt: apostolus testis est dicens. Uelle. n. adiacetur mihi. perficere autem bonum non inuenio. Hanc itaque sic respuit sanctus prosper. d. Quasi apostolus ex naturali affectu et non ex gratie dono bonam habeat voluntatem: qui profitetur ex deo sibi esse sufficientiam etiam cogitandi. Uenio ad. 8. que cap. 12. illius collationis scribitur sic. Unde cauendum nobis est: ne ita ad deum omnia sanctorum merita referamus: vt nihil nisi id quod malum atque peruersum est humane ascribamus nature. contra hanc sic ait Prosper. Quasi natura ante gratiam non sit in damnatione. non sit in cecitate. non sit in vulnere. ¶ Ex his euidenter colligitur cassianum reprehendi et improbari in hoc quod dixit hominem posse ex suis motibus absque dei gratia aliquando extendi ad appetitum virtutis: ex quo sequitur dicendum esse si reprehensio iusta sit: quod homo non est ex se sufficiens etiam ad actum desiderandi virtutem. Reprehenditur quoque in eo quod voluit: non nunquam in nobis ex libero nostro arbitrio sine adiutorio gratie bonarum voluntatum prodire principia. quamuis illa non possint sine dei adiutorio ad perfectionem peruenire virtutum. Ex quo sequitur esse fatendum quod nullam bonam voluntatem etiam non ex toto perfectam: ex nobis sine dei adiutorio habere valemus. Reprehenditur etiam in eo quod ait: non esse ascribendum nature humane ante adiutorium gratie nisi id tantummodo quod est malum atque peruersum: ex quo sequitur esse dicendum: quod homo nondum adiutus a gratia dei nullum actum moraliter bonum seu virtuosum penitus habet: sed tantummodo vitiosum et malum. Cum natura nostra ante gratiam sit in damnatione: in cecitate. i. ignorantia: et in vulnere. i. vulnerata et infirma. ¶ Huic fauet sententiam beati Bernardi asserentis quod nullos etiam conatus ad bonum deo non excitante nos ad illos habere possumus ad malum vtique possumus: ex quo patet quod de adiutorio alio ab influentia generali loquitur. cum sine illa nullus ad bonum vel ad malum conari possit aut quicquam cogitare. Sunt autem verba beati Ber. ista. que scribit in lib. de. g. et libe. arbi. ca. 40. secundum cotationem libri quem vidi. Liberi arbitrii conatus ad bonum et cassi sunt si a gratia non adiuuentur et nulli si non excitentur. Ceterum in malum dicente scriptura proni sunt sensus et cogitationes hominis. ¶ Ex his autem sequitur quod sine speciali adiutorio dei homo non possit agere aliquem actum moraliter bonum seu vere virtuosum: nullus est qui non videat. Quomodo enim potest agere virtuose ex se qui ex se non potest ratione conari ad bonum aut desiderare virtutem: nec sufficis sibi nisi ad id quod malum est atque peruersum.

¶ Et quod in hoc ipse merito reprehenderit cassianum euidens testimonium est quod pene in omnibus libris illa collatio cassiani: adiunctis correctionibus sancti prosperi ad clausulas reprehensas quas prosper diffinitiones appellat scripta reperitur. Hoc vt estimo prouidente pia sollicitudine patrum ne quis per ea que male ibidem interserta sunt in errorem incaute laberetur. ¶ Item cum beato Augu. fuisset a pelagi obiectum eum dicere vel ex dictis eius sequi.

Fol. 96. col. 2. post principium linee. 20.

¶ Sed confirmo per aliam eiusdem contra Julianum lib. 6. ca. 26. dicentis. de ignorantia et concupiscentia originaliter contractis. Remittuntur ergo in renascentibus. minuuntur in proficientibus. Ignorantia minuitur veritate magis magisque lucente. concupiscentia minuitur charitate magis magisque feruente. Nihil boni horum duorum est a nobis. Non enim spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui ex deo est vt sciamus que a deo donata sunt nobis. et sunt verba Apostoli. prime ad Cori. 2. Ecce quod non solum consumptio vel expulsio ignorantie est a nobis: sed nec minutio. quinimmo dei est donum. ¶ Item Hug. de sac. libro primo par. 7. cap. 37. Anima inquit rationalis corpori humano infusa nisi per gratiam adiuuetur neque cognitionem veritatis percipere neque concupiscentie carnis sue resistere potest et loquitur de veritate cuius ignorantiam originaliter homo contrahit.

Fol. 97. col. 2. ante med. linee. 44.

Fol.97.col.2.post me[m] lineę.49.

¶ Pro presenti statu stante dei influentia generali pōt absq̃ dei spāli auxilio cognoscere quid agendū vel vitādū. in his que ad moralē pertinent vitā efficax est ꝛ salua reuerentia Ueñ. Magistri mei insolute. Arguebā eni sic. Si homo pōt absq̃ speciali dei auxilio ꝛc. vel ipse pro damnatione pme culpe nō incurrit ignorantiā agendoꝝ. vel a tali pena ipse absq̃ dei gratia sufficit se liberare: cuius ꝯsequētia vtrāq̃ partē ꝓbaui esse falsam ex auctoritate Augustini pmo retra. ca.9. ¶ Ad hanc respondēdo Magister ven. distinxit de agendis pertinentib᷒ ad fidē ꝛ fidei sacramēta: ꝛ de pertinētib᷒ ad vitā moralem vt moralis est. de pmis dixit nō esse sermonē ad ꝓpositū. de secūdis aūt concessit ꝯñs quātum ad pmā partē dicens: ꝙ homo nō incurrit pro damnatione illa ignorantiā agendoꝝ pertinentiū ad vitā moralē vt est moralis. Hoc aūt nō esse ꝯcedendū nunc est ꝓbatū. verū est ꝙ ipse addidit vnā dictionē. s. oīmodā. vnde dicit ꝙ homo nō incurrit oīmodā ignorantia agendoꝝ. per qđ qđ velit intelligere videat ipse. sufficit eni mihi vt supra dixi: ꝙ de nullo agendo vel vitando habeat sufficientem notitiam. nam siue nullam siue aliqualē: nō tamē sufficientē hēat nō poterit hēre ſm illam actū bonū moraliter vt supra accepi ꝛ vere virtuosum.

Fol.99.col.3 post pn[m] lineę.3.

¶ Scḋa pars probata est supra auctoritate Augu. super epl̄a ad Gal. vbi Apl̄s ait. vos aūt in libertatē vocati estis fratres. ꝛ est in.5.c. Dicit eni ibi ꝙ iudei ad vetus testamētū pertinētes quedam opera legis īplebant que in sacramētis sunt. s. cerimonialia. Illa vo que ad bonos mores pertinēt oīno nō poterāt. Nō est aūt intelligendū quin potuissent cū spāli adiutorio dei si de᷒ sufficiens auxiliū voluisset ꝯferre. Nam ꝛ dauid iam pertinens ad nouū testamētū ex dono fidei christi futuri vtiq̃ īpleuit circa Saul mandatū de dilectione ꝓximi: ꝙ vtiq̃ morale est ſm ꝙ ibi sententialiter subdit Aug. ꝛ ita potuissent alij si deus auxiliatus fuisset. Nec pōt dici ꝙ ideo nō poterāt: q̄r indigebant influentia gn̄ali. nā ꝛ illa etiā indigebat ad faciēdā cerimonialia: ꝛ tamē dicit ꝙ ipsi illa faciebant. ergo opꝫ intelligere ꝙ pertinentia ad bonos mores nō poterāt sine spāli auxilio dei. Ulterius cū ipsi de moralib᷒ haberēt sufficientē notitiā ex lege: pꝫ ꝙ vltra sufficientē notitiā de agendis moralr erat eis necessariū aliud auxiliū dei spāle. ¶ Item idem ad simpli. libro pmo qđ p᷒ ait. Omnes porro qui acceperunt legem: p̄uaricant eam nisi per gratiā cōsequant posse ꝙ iubet. nec h̄ per gr̄am pōt accipi influentia generalis: quoniā nec sine illa est p̄uaricatio legis. saltem quo ad precepta negatiua: igitur vltra notitiā de agendis moralibus que vtiq̃ sufficienter habetur per legē necessariam est ad agendum ꝙ iubet lex aliud dei auxiliū spāle.

Fol.99.col.3 circa finē lineę.19.

¶ Hanc partē antecedentis que est tertia ꝯclusio mea vbi dicit ꝓbaui aliquibus rationibus quas soluere sumpsit reuerendus Magister ṗdictus tamē meo iudicio nō sunt sufficiēter solute. pma eni ratio fuit h̄. Si habita sufficienti notitia de aliquo volendo vel nolendo. agendo vel non agendo: pōt homo sine spāli dei auxilio ꝯformiter velle vel nolle. agere vel nō agere. seqtur ꝙ vel nō ad singulos actus gratia ꝛ speciale adiutoriū dei dat. vel si dat superflue dat. ꝯn̄tia est euidens ꝛ ꝯn̄s est falsū: vt pꝫ ex suppositione quarta quā feci tunc ad ꝓbandū ꝯclusionē primam. ¶ Ad hanc rationem dixit reueren. magi. ꝑd. vnum fuit ꝙ gratia que dicit ad singulos actus dari est gr̄a gratū faciēs. ꝛ hoc multipliciter ꝓbare conatus est. ¶ Secundo dicit. ꝙ in nobis sunt duo genera actuū. s. intelligere ꝛ velle. Et vterq̃ pōt accipi dupliciter. s. vt habent īmediatum ordinem ad ciuilitatē angelicam ſm illud. estis ciues sanctoꝝ: ꝛ vt habent īmediatū ordinem ad ciuilitatem humanam vel regimen morale humanum. Item cum dicitur gratia dei ad singulos actus dari. dicit ꝙ potest ibi fieri distributio pro singulis generū ꝛ pro generibus singulorum. ¶ Nunc ad rationem dicit ꝙ si illi actus intelligere ꝛ velle accipiantur vt habent ordinem ad ciuilitatē angelicam: sic necessarium est auxilium illud speciale ad singulos actus si fiat distributio pro generibus singulorum: q̄r non solū tale auxilium speciale est necessarium ad intelligere sed ad velle: qđ est contra Pelagium. Si vo accipiantur isti actus vt habent ordinem ad ciuilitatem humanam precise: sic tale auxiliū speciale nō est necessarium ad singulos actus si fiat distributio pro singulis generum: q̄r sub intelligere ꝛ velle est accipere aliquos bonos actus etiam ſm me vt dicit ad qđ tale auxiliū speciale. s. gratie gratum facientis non concurrit non est tamē accipere aliquem actum in nobis ſm istum ordinem ad quem nō sit necessarium dei auxilium: sed tale auxilium non est auxiliū speciale vt ego accipio: sed est auxilium per influentiam generalem: ꝛ hoc etiam est contra Pelagium qui ponebat rectū intelligere esse a deo: sed non velle. nisi quatenus dederat voluntatem. ¶ Breuiter h̄ responsio consistit in hoc: q̄r cū in illa confessione Pelagij que probat consequens esse falsum dupliciter gratiam dei atq̃ adiutorium ad singulos actus dari non fit distributio pro singulis generum: sed pro generibus singulorū: ꝛ intelligitur de actibus habentibus īmediatū ordinem ad ciuilitatem angelicam: ꝛ nomine gratie specialiter gratia gratum faciens est accipienda. ¶ Contra istam responsionem ostendo primo ꝙ ibi fiat distributio pro singulis generum: ꝛ hoc dupl'r pmo arguendo ex datis sic. Illa ꝯfessio Pelagij ſm hunc vene. magi. intelligitur de actibus habentibus immediatum ordinē ad ciuilitatem angelicam: aut per actus habentes ordinem ad ciuilitatem angelicam intelligit iste Magister actus qui fiunt ex amore dei: ꝛ per habentes ordinem ad ciuilitatem humanā intelligit actus factos ex amore seculi iuxta distinctionem glose ibi vbi scribitur verbum per ipsum allegatum. s. estis ciues sanctorum: que ſm duos amores dei: scilicet ꝛ seculi duas ciuitates distinguit: ꝛ tūc sequitur ꝙ isti actus qui dicuntur habere ordinem ad ciuilitatem humanam non sunt moraliter boni sed vitiosi ꝛ culpabiles: q̄r ſm glosam ibi amor seculi ciuitatē Babylonicam facit. hoc autem est contra ipsum qui dicit eos esse bonos ꝛ rectos. Aut per habentes ordinem ad ciuilitatem angelicam intelligit actus meritorios vite eterne quibus iam homo est quodāmodo ciuis celestis hierusalem. per alios vo intelligit actus non meritorios vite eterne: sed tm̄ moraliter bonos: quibus homo ciuis est ciuitatis mundane bene moraliter recte. Et tunc sequitur ꝙ aliqui singulares actus meritorij fiunt ab homine sine speciali adiutorio gratie: ꝛ cū solo adiutorio influentie generalis. ꝙ non videtur consonum cōmuni doctrine sanctorum ꝛ doctorum aliorum. patet consequentia: quia si nulli essent huiusmodi: iam gratia dei de qua fit sermo in cōfessione illa Pelagij daretur ad singulos actus. intellecta distributione pro singulis generū. cuius oppositū dicit. ¶ Secundo id ipsum probo absolute. ꝛ primo ex confessione Pelagij alibi per eum repetita vt recitat Augu. lib. pmo de gratia Christi ꝛ peccato originali caꝑ.2. loquens Albine: piniano atq̃ melanie quibus scribit librum illum. Ait enim sic. Scripsistis mihi cū Pelagio vos egisse vt quecūq̃ aduersus eum dicerentur scripto damnaret. eūq̃ dixisse audientibus vobis. Anathemo qui vel sentit vel dicit gratia dei qua Christus venit in hūc mundum peccatores saluos facere non solum per singulas horas aut per singula momenta: sed etiam per singulos actus nostros non esse necessariam: ꝛ qui hanc conantur auferre penas sortiantur eternas. puto autem ꝙ nullus diceret illum terminum ter repetitum aliam h̄: ꝛ aliam ibi: sed similem in omnib᷒ partibus auctoritatis facere distributionem. ꝛ constat ꝙ cum dicitur per singulas horas aut per singula momenta: distributio fit vtrobiq̃ pro singulis horis ꝛ momentis in quibus homo operatur: ita vt in nulla bene possit operari sine gratia: ꝛ per consequens similiter fit distributio pro singulis actibus cū dicitur ad singulos actus: ita vt intelligatur nulliū posse bene fieri sine gratia: ac per hoc est distributio pro singulis generū. ¶ Secundo idem probatur: ex probatione cogente Pelagium ad illam cōfessionem faciendam. Refert enim Augu. in epistola ad Paulinum nolanū episcopum. duo verba Apostoli inter alia fuisse obiecta Pelagio. s. illud. Non est volentis neq̃ currentis sed miserentis est dei. ꝛ illud. Non ego sed gratia dei mecum: ꝛ dicit Augu. non hoc dictum esse quia nulla est hominis voluntas atq̃ cursus: sed quia nihil potest nisi illo misereatur. Nec Apostolus dixit ꝛ ego sed dixit: non ego autem sed gratia dei mecum: non quia ipse nihil boni ageret: sed quia nihil ageret si illa non adiuuaret: igitur Pelagij confessio subsequens ſm intentionem episcopalis illius iudicij talis fuit vt intelligeretur nullū omnino actum bonum nos agere sine adiutorio gratie: quod per illa verba non significatur nisi fiat distributio pro singulis generum. ¶ Secūdo probo ꝙ illa confessio sit intelligenda vniuersaliter de omnibus actibus moraliter bonis siue sint meritorij siue non seu ad quācūq̃ ciuilitatem pertineant. Nā si detur oppositū sequitur ꝙ homo sine speciali adiutorio dei cum sola generali influentia illius poterit implere omnia mandata legis: saltem quantum ad substantiā operū. Qđ non est verum vt pro nunc suppono: ꝛ est expresse contra determinationem sancti Thome pma secunde. q.109. articulo quarto ꝙ mihi nunc sufficit contra hunc veñ. ma. ꝛ consequentia apparet: quia ſm hunc Magistrum ad quemlibet actum moraliter precise bonum sufficit homini adiutorium influentie generalis. Cum igitur in illa confessione fiat distributio pro singulis generum: ꝛ ipsa intelligatur generaliter de omnibus actibus moraliter bonis vt probatum est ꝛ ibi adiutoriū gratie capiatur pro adiutorio speciali. etiam ſm hec inueni Magistrum

qui dicit ibi nomine gratie gr̃am gratũ facientẽ significari. se-
quit ꝙ ad quẽlibet singularez actum bonum est nobis necessa-
riũ spẽale auxiliũ dei. ex quo seqt̃ intẽtũ. ¶ Sed tunc reducitur
illud ↄtra me cũ posuerim aliquos nõ hñtes gr̃am gratũ faciẽ-
tẽ facere aliquos actus bonos moralr̃. igit̃ nõ ad singulos actus
dat̃ gr̃a de qua est ↄfessio illa pelagij. Nã vt dicit dict⁹ ven̄. ma.
illa est gr̃a gratũ faciẽs. dico hic ꝙ ibi illud nomẽ gr̃a nõ stat tñ
ꝓ gr̃a gratũ faciẽte. ¶ Oppo^m hui⁹ ipse ꝓbauit 4ᵒ. ꝓ ex ep̃la. 5.
episcopoꝝ ad papã Innocẽtiũ ex q̃ habet̃ ꝙ gr̃a illa de qua qõ
ↄtra pelagiũ vertebatur nõ est illa qua creati sumus: sꝫ qua ab
iniquitate iustificamur. ⁊ qua ꝑdestinati vocamur: iustificamur: ⁊
glificamur. Sed talis est gr̃a gratũ faciẽs. ¶ Scd̃o ex v̑bo Aug.
in ep̃la ad vitalem. Nõ ergo dicamus gr̃az doctrinã. sꝫ agnosca
mus gr̃am q̃ facit ꝓdesse doctrinã sine qua videm⁹ ẽt obesse do
ctrinã. ecce ꝙ loqt̃ de gr̃a gratũ faciẽte. ¶ Tertio ex verbis que
met allegaui in illa quarta suppõne. loqtur. n. ibi vt ait iste ma.
de gr̃a que est cõis maioribus ⁊ paruulis. illa aũt est gr̃a gratum
faciens. ¶ Quarto. q2 ibidem dicitur scimus gr̃az nõ omnibus
dari. Aut igit̃ intelligit̃ de gr̃a gratũ faciente ⁊ habet propositũ.
Aut de mo^{li} ad bonũ actum ⁊ hoc est falsum q2 talis dat̃ oĩbus
hominibus etiã sm̃ me vt ait. ⁊ sm̃ auctoritatem decreti. de pe.
di. 4. ⁊ est criso. Nemo videẽs malos prosperitatẽ habere turbe
tur: q2 nõ potest malus in omnibus malus esse sed habet aliqua
